EXCERPTA NONNULLA
Ex Commentario inedito
R. AHARONIS BEN JOSEPH
Judæi Caraitæ.

Verſione Latinâ & Notulis quibuſdam illuſtrata inque lucem edita

à

JOHANNE LUDOVICO FREY, Baſilienſi.

Præmittitur ad Lectorem brevis Diſſertatio de Authore ejuſque ſcripto.

AMSTELÆDAMI,
Apud ROD. & GERH. WETSTENIOS.
CIↃ IↃ CCV.

Digitized by Google

ALMÆ UNIVERSITATI
BASILIENSI

MAGNIFICO RECTORI

CÆTERISQUE ACADEMIÆ
PROCERIBUS

AMPLISSIMIS GRAVISSIMIS

Præſentes Pagellæ ſacræ ſunto.

Digitized by Google

DISSERTATIO

De Authore ejuſque Scripto

AD LECTOREM.

JUdæorum Sapientes pro diverſa, quam ſequuntur, regula, in duo genera Rabbaniſtarum & Caraitarum diſpeſci, apud omnes ferè conſtat. At non æquè conſtat, in quonam hi ab illis differant, quæve dogmata ab his vel illis præciſè propugnentur aut rejiciantur. Notum equidem eſt, Caraitas ſoli S. Scripturæ textui inniti, neglectis Traditionibus Rabbaniſtarum, nimis illas depereuntium. Quæ verò porrò opiniones ſæpius à Rabbaniſtis, abjuratis illorum hoſtibus, illis affinguntur, ut veram eoram ſententiam nimis creduli quidam amplectuntur: quibus cogitandum fuiſſet, tantam fidem nugivendulos hos in recenſendis adverſariorum ſuorum opinionibus non mereri.

Cauſa autem, cur genuino illorum opiniones non ſatis in publicam lucem protractæ fuerint, in propatulo eſt. Caraitæ enim, cum quibus poſſemus hac de re diſſerere, in noſtris regionibus pauci aut nulli conſpiciuntur; dein ſcripta nulla, ex quibus de peculiaribus eorum opinionibus ſatis conſtare poteſt, hucuſque, quantum ſciam, in lucem edita ſunt, pauciſſimique tandem manuſcripti codices illorum in celeberrimis & inſtructiſſimis licèt Bibliothecis reperiuntur: ut mirum non ſit, tam pauca & tam incerta de illis referri.

Digitized by Google

Ediderunt quidem non pauci ex Chriſtianis tractatulos de hâc ſectâ & opinionibus illius, ſed Rabbaniſtarum ut plurimùm tantùm fide nixi non multùm curioſis animis ſatisfecerunt. Meliori auſpicio hoc aggreſſus eſt Doctiſſimus R. Simon, qui in ſupplementis ad Leonem Modenenſem Rabbinum ſpecimen quorundam dogmatum illorum nitidè & accuratè pro more ſuo exhibuit, ipſe uſus Authore Caraitâ. Sed quandoquidem tunc temporis, aliis diſtrictus negotiis, ſermonem abrumpere coactus fuit, lectorum ſitim potiùs accendit quàm extinxit. Audio etiam Vir. Clariſſ. D. Triglandium, Belgii Profeſſorem Celeberrimum Sectam Carræorum ſcripto publico expoſuiſſe; cujus eruditionem Literarumque Hebraicarum eximiam peritiam non vulgare quid dediſſe, æquum eſt ut credamus. Verùm cùm librum hunc videre mihi non contigerit, quid præciſè præſtiterit, quibuſque Authoribus uſus ſit, me fugit omninò.

Ego itaque, in exteris nunc regionibus agens, acceſſumque ad inſtructiſſimas quaſdam Celeberrimæ hujus Urbis Bibliothecas nactus, non abs re me facturum exiſtimavi, ſi, Auctore tali uſus, quædam ex illo publici juris facerem, tùm ut Proceribus Academiæ patriæ, vacante Profeſſione publicâ Linguæ Hebraicæ, ſpecimen aliquod ſtudiorum meorum exhiberem, deque transacto temporis ſpatio aliquam rationem redderem, tùm ut & meam ſymbolam conferrem, ad curioſitatem quorundam Lectorum aliquatenus ſaltem explendam.

Codex hic manuſcriptus, ex quo excerpta quædam exhibeo, extat in lectiſſima Bibliotheca R. R. Patrum Oratorii, ad quam mihi acceſſus patuit humanitate Doctiſſimi Viri

Digitized by Google

Viri R. P. Le Long, Bibliothecarii meritiſſimi, cui eo nomine publicas hic ago gratias; cum hoc exemplar aliud in Bibliotheca Regia exiſtens, non tamen ejuſdem nitoris & integritatis conferre licuit.

Operæ pretium eſt, ut excerptis his quædam de Authore ejuſque opere, maximam partem ex præfatione hauſta, præmittam. Nomen Libri & Authoris ſtatim ab initio his verſibus expreſſum eſt.

שמו מבחר ומחברתו יקרה לכל קורא יהי מבחר ישרים
ומחשוב אהרן הדל נתנו בנו יוסף שנת הנר ספורים׳

Nomen ejus eſt מבחר, *electio, & compoſitio ejus pretioſa eſt, erit* vel *ſit omni Lectori electio optimorum: Mens autem pauperis Aaronis Filii Joſephi edidit illum. Anno numeration.* הנר 5054. *i. e.* Anno Chriſti 1294. Liber ipſe in 4to. conſcriptus, Commentarius literalis eſt in quinque libros Moſis, ſtylo Rabbinico ſatis puro exaratus. Plurimos adhuc alios Authorem hunc, compoſuiſſe Commentarios, ut in Joſuam, Jeſajam, Pſalmos &c. hoſque in Bibliotheca Leidenſi aſſervari, ſunt qui narrent. Editum eſt etiam An. C. 1581. Conſtantinop. ejuſdem Authoris Compendium Grammaticæ Hebrææ, præfixo Titulo כלילת יופי *Perfectio pulchritudinis*; modò non ſit ab alio ejuſdem nominis.

Auctor hic, ut opus ſuum eò perfectius redderet, Regulis Grammaticæ exactè ubique inſiſtit, omnes explicationes juxta illas inſtituens; unde fit ut ſæpiùs anomaliam vocabuli cujuſdam prolixè enodet, omnes modos Grammaticæ circa illud examinans. Punctationem

hodiernam Bibliorum, quantùm animadverti, nunquam deſerit; quin & Maſoram conſulit in vocibus defectivè aut ullo modo alio irregulari ſcriptis.

Explicationes ejus ut plurimùm literales ſunt ex vi vocum & locis parallelis, eodem ferè modo quo D. Kimchi erutæ, ſed aliquantò prolixiores & magis reales. Pro cynoſura illi ſemper eſt magna illa Regula Judæorum, Scripturam nullibi non ſenſum habere literalem : פעמים רבות הוכחתים לסור מזה כי הפשט הוא העקר וכל ישראל פה אחד אין מקרא יוצא מידי פשוטו׳ *Sæpius*, ait, *redargui illos, ut relinquerent viam hanc (allegoricam): quia ſenſus literalis fundamentalis eſt; toto Iſraële confitente unanimiter, Scripturam non egredi ex ſenſu ſuo ſimplici.*

Hoc non obſtante adeò rigidus non eſt, quin ſubinde, poſito ſenſu vero literali, Allegoricum adjiciat, aliquid amicis, hoc poſtulantibus indulgens ואוכיר עוד ממה שראוי שאתנצל גם מזה בהזכירי קצת מדרשות בתוך הפשט שלא ישים הרואה כם שמץ עלי כי ראיתי אנשים מאשר משתתפים עמי שאהבו כן׳ *Ulteriùs narro, ut & in hoc me defendam, ne videns quid habeat quod mihi exprobret, eò quod immiſceam ſenſui literali quaſdam* מדרשות *allegoricas explicationes, me viros quoſdam ex amicis meis vidiſſe qui id amant.*

Idem etiam obſervat circa traditiones crebras Judæorum Rabbaniſtarum, quas non raro expoſitionibus ſuis jungit, illas modo rejiciens, modò approbans. Notandum enim illum non omnes Traditiones, nullo habito diſcrimine, explodere, ſed tantùm aut Scripturæ contrarias aut nullo omninò præter authoritatem Rabbinorum fun-

fundamento nixas. ועם כל זה הרמז המסופק אודיע במה שנטו רוב האומה וסמכו על הקבלה והכחישו לפעמים ואמרו כנגד הכתוב שהקבלה תנצח ואם היתה קבלתם בעבור לקיים מה שכתוב בתורה לא יוכל ענות זאת ואם זה מהם ממלאות לב בבר סכלות זה המאמר נודע׳ *Nihilominus indicium dubium aperiam, quod mu... ſecuti ſunt, innixi Cabbalæ (Traditioni) falſumque dicentes non raro contra Scripturam, dum affirmant, Cabbalam Scripturæ prævalere: Si enim Traditio illorum ſtabilitum it id, quod in Lege ſcriptum eſt, hoc non poteſt quadrare; ſin autem ex plenitudine cordis proficiſcatur, ſtultitiam hujus ſermonis jam novimus.*

Ex quo liquet, Traditiones ab eo fine diſcrimine non rejici, verùm Scripturam tantùm deſtruentes, ut porrò ex ſequentibus conſtare poteſt. ואין לטען בעדינו שגם אנו נשענים על הכתוב ועל ההקש ועל ההעתקה וארת &c. וההעתקה אינה הריסת הרשום בכתב אמת *Nec*, inquit, *nobis objici poteſt, nos itidem niti Scripturâ, ratiocinio & tranſlatione: hæc enim tranſlatio* (aut Traditio: ſicut voce המעתיקים Aben Ezræ ſæpiſſimè veniunt ipſi Talmudici Traditionarii) *non eſt deſtructio ejus quod exaratum eſt in ſcripto veritatis &c.* clariùs adhuc paulò inferius: ולא הנחנו כללם רק ממה שאין הכתוב סובל וההלוקה עמו שעומד כנגד הפשט׳ *Non alia de cauſa reliquimus multa illorum* (verborum antiquorum), *quàm quia ea Scriptura non patitur & cum ſenſu literali adverſis frontibus pugnant.*

Cauſæ autem quæ illum impulerunt ad Traditiones quaſdam Antiquorum Scripto ſuo inſerendas, variæ fuerunt: vel enim ſingulare ingenii acumen in illis deprehen-

Digitized by Google

hendit, vel animadvertit, ſententiam in illis contineri vulgò haud receptam, vel denique jure omnium ſcriptorum uſus eſt, quod Sapientum opiniones allegare nulli non permittit. Quin imò nihil fecit à Doctorum ſuorum conſuetudine alienum, R. Joſuâ aliiſque traditiones publicè explicantibus. עד שהרב נסי בן נח זצ"ל הוכ' לבני עמינו ללמוד המשנה והתלמוד׃ *eo uſque*, ait, *ut Raf Niſſi Filius Noach f. m. coactus fuerit popularibus noſtris exponere Miſchnam & Talmud.*

Has aliaſque rationes ſufficere credidit ad defenſionem citationis Traditionum & explicationum, quas ſubinde Commentario ſuo inſeruit. Magis tamen ſibi metuit ab alia objectione circa eandem materiam ſibi movendâ ab hominibus non omnium æquiſſimis. Libertatem enim, quam ſibi ſumit, in examinandis opinionibus Antiquorum & pruriginem innovandi ſibi objectum iri non ſine ratione prævidit: וידעתי שלא יצאו מאשר הורגלו כי ידעתים אם ישמעו דבר חדש יעלה אפם כל שכן אם יהיה אותו הדבר כהורס דעותם אז יהיה אותו האיש כמטרה בחצי לשונם וקדשו עליו מלחמה׃ *Novi illos* (Rabbaniſtas intelligit) *non relicturos id quo aſſueti ſunt: novi, inquam, illos ſtatim ac audiverint quid novi, in iram prorupturos, & quidem eò magis, ſi id ſententias illorum deſtruet. Tunc ſanè erit Vir ille, ut meta ſagittis linguarum illorum propoſita, contraque eum bellum decernent.*

Hoc tamen illum non movet, quo minus in coepto ſuo pergat, Deo & veritati confiſus. ובזה אינני חושש כי ידעתי גואלי חי ומעוז לתם דרך יי׳ *Hoc autem non curo: novi enim Redemptorem meum vivere: & Deus erit integro in viis ſuis inſtar propugnaculi.* Et ut monſtret,

non

non ullo novitatis ſtudio aut vanâ ambitione ductum ſe hoc ſuſcepiſſe, ſed nudo veritatis amore, ut hominem ſanæ mentis decet, eò impulſum fuiſſe, ita pergit: וראוי לכל אדם משכיל לחקור בשכלו כמ׳ שאני עתיד בקצת המאמרים אתרחק רחוק מאמרי חכמי הקראין׃ *Decet ſane unumquemque intelligentiâ præditum hominem mente ſuâ explorare, quemadmodum & ego facturus ſum in quibuſdam, in quibus longè receſſurus ſum à ſententia Sapientum Caræorum.*

Ex his ergò apparet, Authorem iſtum in variis aliam inſiſtere viam, quam vulgus Rabbinorum ſolet. Licet autem non rarò Traditiones Patrum aliorumque explicationes alleget, brevitati tamen nunquam non ſtudet; id quod diſertè Lectorem monet: כבר ידעתי כי אריכות הדברים גורמת לעצלות הקורא וימאסו הלבבות מהשיג תכלית הענין נתכוונתי אני הבא בעקבותיהם לקצר בכל יכלתי׃ *Jam novi prolixitatem verborum pigritiam in lectoribus efficere, animoſque conſiderationem ſcopi tunc ſuſque deque habere; quapropter, veſtigia illorum premens, verba, quantum fieri potuit, abbreviare ſtudui.* Hoc equidem fideliter præſtitit: ſed & ea de cauſa in obſcuritatem non rarò incidit: dùm enim opiniones aliorum nimis conciſè refert, ſæpe plus Lectori divinandum relinquit, quam ipſe explicatum dat.

Hæc ferè in Præfatione ſunt, quæ ad cognitionem hujus Authoris, & ſcopi, quem in hoc libro ſibi propoſuit, facere poſſunt. Integram illam exhibere haud operæ pretium duxi, nihil ferè aliud continentem, quam quod in omnibus Judæorum Præfationibus legi poteſt.

Digitized by Google

teſt. Magis è re eſſe judicavi, ſectiones quaſdam ex ipſo Libro proferre, illaſque verſione illuſtrare.

Mirabitur forſitan candidus Lector, quare non alia curioſiora aut plura ex hoc Commentario eruere ſategerim: ſed mirari deſinet, ſi breve illud tempus, quo Authore hoc uti licuit, plurima alia negotia, crebraſque avocationes, quibus coeptum meum fuit turbatum, conſideraverit; quæ faciunt, ut illum æquum mihi Judicem in hoc, ut & in verſione, (quam neceſſariis requiſitis deſtitutus, æquè perfectam, ac optaveram, reddere nequivi) polliceri haud verear.

Annotationes prolixas adjicere abſonum judicavi. Ut enim non ſemper poteſt probari illorum mos qui Authorem aliquem illuſtrantes, notas ſuas decies aut vicies ampliores reddunt ipſo Authore, ac non rarò occaſione unius verbuli integrum Tractatum de neſcio quot rebus agentem conſcribunt, verentes ſcilicet, ne tam pretioſus theſaurus aliàs periret, ita hic imprimis, ubi omnia fermè clara ſunt, prolixo Commentario opus haud fuit. Adde hæc non ad oſtentationem ſcientiæ Rabbinicæ edita eſſe, verùm eum tantùm in finem, ut Viri à literatura hac bene inſtructi ad laborem editionis hujus Commentarii ſuſcipiendum, ſi modò illum publica luce dignum judicaverint, ſtimulentur. Verba ergò duntaxat quædam obſcura Authoris explicavi, aut expoſitiones aliorum Judæorum, prout per anguſtiam temporis illorum libros mihi conſulere licuit, adduxi, quæ ad intelligentiam authoris quid mihi facere viſæ ſunt.

Ver-

Digitized by Google

Verbum adhuc addam de alio quoque Libro Manuſcripto *ἀνεκδότῳ*, quem ſubinde in notulis citavi. Author ejus eſt ר' מרדכי בן אליעזר כומטינו הקושטדיני יוני *R. Mordechai Ben Elieſer Comtino Conſtantinopolitanus, Græcus.* Liber ipſius Commentarius eſt in Pentateuchum, non quidem ejuſdem valoris cum priori, ſed tamen non contemnendus. E Caraitarum ſecta Illum eſſe, quod nonnulli ſuſpicati ſunt, ex claris indiciis conjicere non potui; quin potius Rabbaniſtam fuiſſe, vix dubitandum eſt, ut ex citatis nonnullis ſatis liquidò conſtabit. Licet verò ejus explicationes etiam literales ſint, nec multùm in allegoricas interpretationes excurrat, diſputandi tamen prurigine abreptus, ſæpius prolixè contra varii generis adverſarios pugnat, vixque tandem ad explicationem revertitur. Utplurimùm in expoſitionibus citat Aben Eſram, cujus fortè exemplum ſecutus, non rarò Philoſophica & Mathematica immiſcet, ut ipſe in Præfatione aſſerit: ויהיה הביאור הזה נשרש על פי מלאכת הדקדוק ומכוון על פי מלאכת ההגיון ובמקום אש' לו מהחכמה הטבעית ארמיזנו' וכן במקומות אש' יהיה אליו צורך, מחכמת המזלות אבארנו ובחכמת המספר אסובבנו וחכמת המדות לא תסור ממנו ובחכמת האלהות איסר סודותיו· *Erit Elucidatio hæc radicata ſuper regulas Grammaticæ, & directa ſecundùm regulas Logicæ: ubi quid ex ſcientia Phyſicæ illuſtrandum occurret, indicabo id: ſic etiam, ubi Aſtronomiæ ſubſidio opus erit, explicabo id, & ope Arithmeticæ illuſtrabo id: nec Geometriæ ſcientia hìc deſiderabitur: ac per Theologiæ cognitionem arcana ejus erudiam.*

Hæc ſunt, Amice Lector, quæ hâc vice Te ſcire volui. Ex illis nunc quæ dicta ſunt & porrò dicentur, quid

Digitized by Google

de his Authoribus ſit ſentiendum, atque num impreſſione digni ſint, an non, ipſe judica: interea, dum quis melioribus ſubſidiis inſtructus, pluſque temporis nactus meliora det, paucis his contentus vale, errataque benigne condona.

Scripſi Lutetiæ Pariſiorum.
d. 15. Aug. 1704.

Digitized by Google

EXCERPTA NONNULLA

Ex Commentario in Pentateuchum

R. AHARONIS Ben JOSEPH,

CARAITÆ.

De tribus viris qui Abrahamo apparuerunt.

Geneſ. 18. 1.

וירא אליו · ראיתי להעירך לדברי קצת ב״ה מדברי האחרונים מאש׳ העתיקו חברו בספריהם האחרונים הידועים · יש מהם שאמ׳ שכל זה הספור הוא במראה הנבואה · כי כפי דעת כל ב״ה אלה האנשים ה״ג הנראים הם מלאכים · ואיך יתכן שיאכלו וירחצו רגליהם אף שיראו לעיני כלם · ויש מהם שטענו בזה וזו היא טענתם · אמ׳ איך יתכן שיהיו ענין זה במראה הנבואה כי אם נודה בכך נאמ׳ שלא הביא אברהם בן בקר ולא לשה שרה עוגית · ומי הגיד לאנשי סדום שבאו אנשים אל לוט באמרם איה האנשים אשר באו אליך והקפם בבית לוט יהיה כל

ET *apparuit ei.* Viſum mihi fuit excitare te 1. ad Verba quorundam 2. Traditionariorum, ob verba recentiorum, qui inde tranſtulerunt & conjunxerunt quædam, in libris ſuis recentibus cognitis. Quidam ſunt, qui dicunt, omnem hanc narrationem in viſione Prophetica contigiſſe: juxta ſententiam enim Traditionariorum omnium tres hi viri, qui apparuerunt, Angeli fuerunt: quomodo autem conſentaneum eſt, illos comediſſe, pedes ſuos lavaſſe, omniumque oculis apparuiſſe? Nonnulli autem hanc ſententiam impugnant, tali ratione: Quomodo, inquiunt, convenit, rem hanc contigiſſe in viſione prophetica? Hoc enim ſi confiteamur, dicendum eſt Abrahamum non adduxiſſe Juvencum, nec Saram depſiſſe placentas. Porrò quis indicavit Viris Sodomæ, veniſſe viros quoſdam ad Lothum, cum tamen dicant: *Ubinam ſunt Viri illi qui venerunt ad Te.* Hoc, ut & quod narratur, quomodo circumdati fuerint in domo Lothi, dictum eſſet abſque ulla utili-

tate. Sin autem; neceſſariò nobis dicendum eſt Viros Sodomæ prophetaſſe: abſit autem à nobis, ut hoc largiamur. Hic opponens ex hoc confirmavit ſententiam ſuam, quòd ubicunque mentio fit Angelorum nomine virorum, eadem ſemper ſit ratio: ut v. g. in locis his: *& ecce tres Viri: & luctatus eſt Vir cum illo*: & ſimilibus. Hæc magna eſt gloria Angelis, ut incorporentur & humanis oculis percipiantur, ſed illis duntaxat qui ſunt puri animabus inter filios prophetarum. Et quicunque conſpiciunt Angelos cumque illis colloquuntur, non ſunt abſolutè Prophetæ: verùm hæc viſio vocatur revelatio oculorum. Ut ſunt Num. 22. 3. *Et aperuit Deus oculos Bileam*: & quod de Eliſa extat 2. Reg. 6. 17. *Aperi quæſo oculos ejus ut videat.* Sapiens hic id intendit, ne tota hæc narratio plane eſſet inutilis, & propterea plurima reſpondit in libro ſuo, quæ nobis memorare non vacat. Sane verba iſta planè non conſentiunt cum verbis antiquorum, qui ſtatuerunt lucem incorporari, & conſpici à puris animabus: Quod ſi ita ſe habet, ſecundum eorum ſententiam Viri Sodomitæ, qui dixerunt: *Ubinam ſunt Viri illi, qui venerunt ad Te*: puri animabus fuerunt. Summâ Sententia omnium, ſive illi inquirentes in viſione id factum aſſerant, ſeu illi ſimplicem lectionem Scripturæ ſequantur, eadem eſt cum ſententia Traditionariorum: Viros nempe illos, qui venerunt ad Abrahamum, Angelos fuiſſe. 3. Jam verò utrique teſtati ſunt, indecens fuiſſe, ut omnia illa dicta abſque ulla neceſſitate eſſent. Propterea omnes ſapientes Caraitatum ſtatuerunt illos Prophetas fuiſſe. Si enim

An-

הספור ללא תועלת · ואם לא
יהיה כן יביא לנו החכרח
שנאמ׳ שנתנבאו אנשי סדום
חלילה לנו שנודה זה · וזה
הטוען תקן אמריו כי בכל
מקום שיזכיר המלאכים בשם
אנשים כענין זה והנה
שלושה אנשים · ויאבק איש
עמו וכיוצא זה הוא כבוד
נברא במלאכים יתגשם
וישג לעיני בשר שהם זכי
הנפשות כבני הנביאים ·
ואין הרואים מלאכים
והמדברים עמם מכלל
הנביאים אבל מראה הקרא
גלוי עינים · ויגל יוי את
עיני בלעם · וכן באלישע
פקח נא עיניו ויראה · והנה
החכם כוון שלא יהיה כל
ספור ללא תועלת והרבה
להשיב בספרו ואין לנו
פניות להזכירו · אך גם
דברי׳ אלו הם רחוקים
מדברי הראשנים כי זה אמ׳
כי יתגשם אור ויראוהו זכי
הנשמות אם כן לפי דבריו
אנשי סדום שאמ׳ איה האנשי׳
אשר באו אליך זכי הנשמות
הם · סוף דבר כוונת כלם
כלומ׳ דעת ב״ה בין חוקרי
הדבר שהיה במראה בין
קוראים הולכים לתומם כי
אלו האנשים שבאו אל אברהם
היו מלאכים · וכבר הם
והם העידו כי לא יכשר
להיות מאמ׳ הדברים ללא
צורך · ול״ך פסקו כל חכמי

הקראין

Angeli fuiſſent, idem reſpondiſſent Abrahamo f. m. quod reſponſum fuit Manoacho Jud. 13. 16. *Si urgeas me, non tamen edam de cibo tuo.* Si Abraham Propheta Dei fuit, multiſque gradibus Manoacho honoratior, quare Scriptura occulta hoc ut id non revelet. Etiamſi autem, hoc in viſione ſolùm acciderit, res tamen eadem eſt. Nec objiciendum eſt, Abrahamum ipſum Prophetam fuiſſe, & quomodo conſentaneum ſit, Prophetam ad alium Prophetam veniſſe? Reſpondetur enim, illos non veniſſe propter Abrahamum, ſed propter Saram & Lothum, & ad ſubvertendum urbes memoratas. Prophetæ quoque nomine Angelorum inſigniuntur: ut in illo loco: *Et ſubſannarunt Angelos Dei:* 2. Par. 36. 16. Sem filius Noach aliique Viri ſolitarii vixerunt illo tempore. 4. (& juxta multorum opinionem hi fuerunt Job & amici ejus illis temporibus) Nihilominus difficultas aliqua hic reperitur. Quare enim id omne non præſtitum fuit per Abrahamum, quandoquidem Scriptura inter gradus Prophetiæ nullum diſcrimen ponit, ſed tantùm mentionem facit Prophetiæ Patriarcharum, ſicut dicitur: *Et apparui Abrahamo, Iſako & Jacobo.* Huic tamen ſatisfieri poteſt, non quidem ratione apodicticâ: dicendo nempe, Abrahamo f. m. Iſacum annunciatum fuiſſe: cum vero Deo placuiſſet hoc evangelio & Saram beare, neceſſe fuit id miniſterio aliùs legati fieri. Quandoquidem enim nec alius Prophetæ miniſterio ſibi nunciatum credidit, clarum eſt illam id per Maritum ſuum ſibi nunciatum multò minus credituram fuiſſe. Id etiam, quod Lotho contigit ex eo quod

dictum

הקראין כי הוו נביאים שאם
היו מלאכים היה תשובתם
לאברהם ע"ה כמ' שהושב
למנוח אם תעפרני לא אוכל
בלחמך · כי אברהם נביא
אלהים ונכבד מן מנוח בכמה
מעלות ואיך יסתיר הכת'
שלא יגלה ענין זה · ואפילו
היה במראה כי הכל שוה ·
ואין לטען כי אברהם נביא היה
ואיך בא נביא אל נביא ·
התשובה כי לא באו בעבור
אברהם אלא בעבור שרה
ולוט ולהפך את הערים
הנזכרות · והנביאים נקראים
בשם מלאכים · ויהיו מלעיבים
במלאכי האל' ושם בן נח
ואנשים מן המתבודדים
היו בימים ההם · (ולפי דעת
רבים הם איוב וריעיו היו
בימים ההם) אע"פ שיש
קשי בענין כי למה לא
והיה כל זה על ידי אברהם
כי הכת' אינו מזכיר הלוק
במדרגות הנבואה רק נבואת
האבות כנזכר וארא אל
אברהם אל יצחק ואל יעקב ·
ויש להקן זה אך לא בראיה
וודאית · והוא כי אברהם
ע"ה נתבשר לענין יצחק ·
ובאש' וארה השם לבשר
גם לשרה הצרך להיות הדבר
על ידי שליח אחר שאם
על ידי נביא אחר לא
האמינה החכר אליה ובראה
שלא האמינה לכל' שכן על
ידי בעלה · ודבר לוט ידוע

מכח

ממה שסופר כי נפרד מאברהם והסבה ידועה · ואיך יתכן שיהיה שליח אברהם בעבורו · השתדלתי בכל כחי לתקן הענין אך אינו רחוק אצלי שיהיה כל זה המאמר הנזכר במראה הנבואה · ויהיה כל הענין כפי דמיון השכל והכת' מספר זה כהויה ומאריך הדבר כנראה · ודבר אנשי סדום איה האנשים (גם זה במראה הנבואה ולספר על גנות האנשים) וגודל אשמתם כי כך היו עושים וכבר עלה במחשבת הדמיון וספור בן בקר והמצות בשני המקומות זה דרכם מעולם ונדבתם גלויה · ולך שתבחר הוא זה· סוף דבר וירא יוילאות:

dictum eſt, patet, quia ſeparatus fuit ab Abrahamo, cauſaque in propatulo eſt. Quomodo verò conſentaneum fuiſſet, ut Abrahamus ejus cauſâ legati vice fungeretur. Sic equidem omnibus viribus conatus ſum ſententiam hanc firmare: verùm enim verò non multùm abhorreo ab illa opinione quæ ſtatuit excellentem hanc Hiſtoriam in viſione prophetica accidiſſe: ita ut hoc omne ſenſu Allegorico intelligendum ſit, licet Scriptura id ut revera geſtum narret, remque, ut viſa fuerit, extendat. Id etiam quod de Viris Sodomæ narratur. *Ubi ſunt Viri illi*, 5. (in viſione prophetica accidit, & ad ſignificandam turpitudinem Virorum) & magnitudinem peccatorum illorum, quia ita egerunt: & ſic id allegorice intelligendum eſt: narratioque de juvenco & placentis duobus in locis conſuetudinem illorum à ſeculo & hoſpitalitatem manifeſtat. I nunc & utram harum duarum explicationum velis, elige. Summa: *Et apparuit Deus* in ſigno vel in ſignum.

N O T Æ.

1. In exemplari Regio paulò aliter hæc extant. Loco enim לדברי habetur כדברי, quod ſenſum tamen non mutat. Porrò vox העתיקו illic non habetur: nec illâ multùm opus eſt, voce ſequenti חברו fere idem hic exprimente, ut probabile ſit illam tantùm explicationis aut correctionis ergò adjectam eſſe. Tandem omiſſum eſt ultimum אחרונים, nec id valde neceſſarium: & fortaſſe ſcribæ bis in eandem vocem incidentis negligentiâ additum.

2. Abbreviatura ב״ה ſæpiùs alias Rabbinis uſurpata, hic tamen aliud denotat, nimirum בעלי הקבלה, *Traditionarios* (liceat hoc brevitatis gratiâ voce hâc non omninò latinâ exprimere) prout ex connexione rerum, & comparatione duorum exemplarium facile colligi poteſt.

3. De apparitione horum Virorum variant Judæorum ſententiæ: qui illas cognoſcere deſiderat, conſulat varios illorum in hoc caput Commentarios. Mihi nunc illos perluſtrare nec vacat, nec licet. R. Mordechai Comtino prolixus hic eſt; poſtquam Chriſtianorum quorundam S. Trinitatem hinc exſculpere laborantium explicationem recenſuiſſet, & pluribus verbis impugnaſ-

Digitized by Google

pugnaſſet, quorundam tandem Rabbinorum ſententiam, ut Aben Ezræ, Nachmanidis, Maimonidis &c. exponit, hujus tandem explicationem in More Nebochim propoſitam amplexus: ſuffecerit hic nobis Aben Ezræ gloſſa paucis verbis eadem ferè continens: הנה קצת אמרו כי השם ג׳ אנשים הוא אחד והוא ג׳
ולא יתפרדו · והנה שכחו ויבאו שני המלאכים סדומה · ומפרשים אמרו שהשם נראה אליו במראות
הנבואה ואחר כן נשא עיניו וראה ג׳ מלאכים האחד בא לבשר שרה ושנים הלכו לסדום האחד להשחית
והשני להציל את לוט · *En dixerunt nonnulli Tres Viros fuiſſe Deum: illum enim eſſe tres à ſe invicem tamen inſeparabiles: ſed hi obliti ſunt illius, quod extat Gen. 19. & venerunt duo Angeli Sodomam. Commentatores autem ſtatuunt, Deum illi apparuiſſe in viſione prophetica, & poſthac illum elevatis oculis vidiſſe tres Angelos: quorum unus venit ad exhilarandam læto nuncio Saram, reliqui duo autem iverunt Sodomam alter ad illam deſtruendam, alter ad eripiendum Lothum.*

4. Verba hæc uncinis incluſa in margine Manuſcripti codicis reperiuntur, ab alia, ut videtur, manu profecta. Illa tamen textui ipſi inſerenda eſſe, monſtrat codex Regius, abſque ullo diſcrimine in textu illa exhibens. Idem ſentiendum de verbis ceteris uncinulis incluſis, abſque quibus fere oratio omnino manca & mutila eſſet. Vid. num. 5.

De Tephillin ſive Phylacteriis.

Exod. 13. 16.

והיה לאות · היה בעבור
התפילים היו נזכרים
לעיל ואז והיה · אם כן הוא
כמ׳ הנזכר בפרש׳ הנקדמת ·
למען תהיה תורת יוי בפיך
כי ביד · וכן כי בחוזק יד ·
ובתורה רבים כזה · פתוח
תפת׳ אות ידך · ופרשו
השמלה · וכן הזכירו חכמים
כי זה כמו כתבם על לוח
לבך · ואין כל דברי שלמה
משל עד שיצדק הטוען כי
כן אמ׳ משלי שלמה · לא שום
משל · רק שמדמה דבר לדבר ·
ואם אמר קשרם על אצבעותיך
יורה

ET erit in ſignum. 1. Si hoc dictum eſt propter Tephillin, jam ſupra memorati ſunt, ubi habetur, *& tunc erit.* Quod ſi ita eſt, eodem modo ſe habet, quo id quod Paraſcha præcedenti dictum fuit: *ut ſit Lex Domini in ore tuo, quia manu* &c. & ſic: *quia in fortitudine manus* &c. In lege plurima extant his ſimilia; ut: *aperiendo aperies manum tuam*: & *expandent veſtimentum.* Sic memorarunt Sapientes hoc eodem modò intelligendum eſſe, quo illa: *Scribe ea ſuper tabulas cordis tui.* Prov. 3. 3. *Pone me ut ſigillum ſuper cor tuum.* Can. 8. 6. Nec omnia verba Salomonis parabolica ſunt, eò quod ſic dicitur, *Proverbia Salomonis*, ut hoc modo hic opponens defendi poſſit. Non hic ulla eſt allegoria, niſi ut aſſimilet unam rem alteri. & cum dicit: *al-*

liga

Digitized by Google

liga ea digitis tuis, indigitat continuam conſiderationem & jugem curam. Si id non intelligendum ad literam, en illum locum Eſai. 49. *En in manibus ſculpſi te.* quod innuit continuam providentiam. Nec ulla eſt differentia inter hoc & quod dicitur : *& ponetis verba illa.* Et quando quidem homo conſtat anima & corpore, narrata hæc ſunt eo ordine, qui obſervari debent quoad exterius & interius. Et expreſſio ita fuit inſtituta, ut notaret diſtinctionem rerum. Cum hoc perpendimus comparatione inſtitutâ cum aliis, videtur hoc eodem modo ac illa ſe habere. Sive nunc ſit veritas ſive falſitas. Omne verò claris rationibus expenſum quomodo poſſemus id immutare? Et Lamed in vocibus leot & letotaphot, loco Caph ſimilitudinis hîc eſt. Nihil autem reperitur ad quod Totaphot referri poſſit. 2. Sapientes noſtri id exponunt ex loco: והטף *& ſtillare fac verſus meridiem* ex ſignificatione circuitionis, ambitus. הטף idem hic notat quod in illo : *& ſuper illa ſtilles verbum meum :* ex verbis Nun: Totaphot autem eſt ex Verbis, quæ unam radicalem alteri ſimilem habent. Sin innitamur regulis ſervilium literarum, dicendum eſt Thet per mutatum eſſe cum Nun: ita ut hæc vox proximè accedat ad vocem הנטיפות, quod ſpecies ornamenti eſt, quod homo inſpicere deſiderat : hoc tamen non convenit.

יורה על התמרת העיון והשגחה התדידית · ואם איננו כפשוטו הנה הן על כפים חקותיך · שמורה על ההשגחה התמידית: ואין הפרש בינו ובין ושמתם את דברי' אלה · ובעבור היות האדם בנפש וגוף נזכרו הדברים בתוכן הראוי להם להיות בין חיצון ובין פנימי · והותקן בלשון לספר בהפלאת הדברים והנה כאש' נשקול הדבר במאמ' זולתו וידומה הנה הוא כיוצא בו · אם אמת ואם מעבר וכל דבר איש' ישקל על פי ראיות ברורות איך נמיר אותו · ולמד לאות ולטוטפות במקום כף הדמיון · ואין דומה לטוטפות וחכמינו פירש' מן והטף אל דרום לשון סבוב והטף כענין ועלימו תטיף מלתי · מבעלי הנון · וטוטפות מבעלי הדומין · ואילו היינו סומכים בדרכי השרשות היה מתחלף הטית בנון קרוב מלשון הנטיפות מין תכשיט יתאוה האדם לחזותו וכן לא יאות ·

NOTÆ.

Ex his patet, Authorem noſtrum impropriè hæc verba accipiendo, integrum Syſtema Judæorum Rabbaniſtarum de Phylacteriis aut Tephillin ſubvertere: hic enim ex clariſſimis locis eſt, quo illi ſuam ſententiam fulciunt, ut patet ex Paraphraſte Chaldaico Onkeloſo & gloſſa Salomonis Jarchi; quæ ita habet: על ידך' אלה תפילין שבזרוע · טוטפ' אלה תפילין שבראש *Super manum tuam; hæc notant Tephillin in brachio* (nempe ſiniſtro, prout geſtare ſolent) *frontalia: notan-*

notantur Tephillin capitis. Hinc mirum non eſt, Aben Ezram tantopere ab hac impropria vocum acceptione abhorruiſſe, ejuſque auctores tam graviter perſtrinxiſſe: ואחר שקבלו אבותינו האמת נעזוב אלה הבודאים מלבם · *Poſtquam Patres noſtri traditione acceperunt veritatem, relinquemus illos effutientes ex corde quicquid lubet.* In Comment. in Deut. 6. Ex hoc etiam liquet, R. Mordechai Comtino, verba hæc eodem modo, quo R. Schelomo & cæteri, explicantem, non eſſe inter Caraitas numerandum, ut quibuſdam viſum fuit: præſertim cum addit poſt hanc explicationem והוא האמת.

1. Ad meliorem intelligentiam horum & ſequentium multùm facit Commentarius Authoris noſtri in v. 9. hujus capitis: qui ita ſe habet: והיה לך לאות' שלא תשכחנו כי היד היא לצורך האדם וכן העינים הם המורים לאדם לכל דבר והרגש העינים נכבד ונזכר היד כי בחוזק יד והעינים וראה את הדם על המשק' על כן יהיה לזכרון בין עיניך כאילו עכשיו נהיה ותהיה תורת יוי בפיך לספר בכל זמן וזמן איך הוציאך יוי ממצרים · *Et erit Tibi in ſignum: ne illud oblivioni mandes: manus enim ad neceſſitatem hominis eſt; ſic etiam oculi monſtrant illi unamquamque rem, illorumque ſenſus pretioſus eſt. Mentio autum fit manus propter illud dictum: quia fortitudine manus eduxi te &c. & oculorum propter illud: & viderit ſanguinem in ſuperliminari: propterea erit in monumentum inter oculos tuos, quod intelligendum, ſicùt id quod jam præceſſit: Et erit Lex Domini in ore tuo ad narrandum omni tempore quomodo eduxerit te Deus ex Ægypto.*

2. Originationes vocis טוטפות varii varias ridiculas ut plurimùm proferunt. Aben Ezra eandem illam, quam noſter, profert, quam tamen rejicit: אין למלה הזאת ריע במקרא והמכחישים אמרו שהוא מגזרת והטף אל דרום וזה לא יתכן כי שורש הטף נטף וזה חסר נו"ן וכפול הטי"ת · *Vox hac ſimilem in Scriptura non habet: Verùm falſum dicentes ſtatuunt, eam derivari ex illo:* והטף אל דרום *quod tamen non quadrat: Radix enim* τῦ הטף *eſt* נטף: *hac verò vox caret Nun & geminatum habet Thet.* Quare autem נטף, quod communiter à noſtris per *ſtillare* redditur, סבוב, *circuitionis* ſignificationem Rabbinis his habere dicatur, non ſatis novi: niſi fortè ſenſum hunc ex viciná lingua Arabica petant, ubi verbum concavum טאף idem notat. Vide exempli gratia verſ. Arab. Mat. 23. 15. לאנכום תטופון אלבר ואלבחר *quia circumitis terram & mare.*

De eodem.

In Deuter. Cap. 6. v. 5. &c.

והיו הדברים האלה הם עשרת הדברים והם עקר כל המצות כמ' שארבעה הטבעי' שורש כל הויה בעו' השפל · ושננתם כמ' אם שנותי ברק חרבי · כשבתך וכו'

ET *erunt Verba iſta:* Hæc ſunt decem Præcepta, & ſunt fundamentum omnium mandatorum quemadmodum quatuor qualitates origo ſunt omnis exiſtentiæ in mundo hoc inferiori. *Et inculcabis ea.* 1. verbi hujus ſignificatio conſtat ex loco Deut. 32. 41. *Si acuero fulgorem gladii mei. Cum ſedetis.*

Digitized by Google

זכר זמני האדם שבהם
תשמישי עסקיו ׳ ובית בשכבך
טרם ובית בקומך אחר כמ׳
בהבראם וקשרתם הם עשרה
הדברים ואצבעות הידים
עשרה׳ ידך חסר יוד הרבוי׳
לטוטפות׳ פירשתיו ׳ תמהֵ
אני למחזיקים הדברים בפשוטו
איך הניחו ׳ ובשעריך ׳ אף
שדרשו בחסרון ו״ו מזוזת ועל
פי דעתם היה ראוי הו״ו
האחרון אע״פ שאין חשש
להסר ולמלא כי אם להסר
דעת׳ ועוד אני תמה לאומרי׳
שאין משל בתורה רק הרוה
את הצמאה׳ וכל זה המאמר
בדרך רמיזן ׳ ואמר ובשעריך
שיהיו תמיד לנגד עיניך בכל
מוצא ומובא :

detis. Mentionem facit (ſc. Moſes) temporum hominis, in quibus negotia ſua peragit. Et Beth in primo verbo beſchibcca & beth in poſteriori verbo becumeca ejuſdem ſignificationis eſt, cum beth in vocabulo behibbaream, *in creari illos.* Gen. 2. 4. *Et alligabis ea:* hæc ſunt decem præcepta, quemadmodum & digiti manuum decem ſunt. *Manum tuam:* ידך Jod nota numeri pluralis deficit. *In Frontalia:* Jam hoc explicavi: 2. Miror illos, qui accipientes verba hæc ad literam, intactum tamen relinquunt ſequens, *& in portis tuis.* cum tamen meſuſoth per Vau deficiens explicent: nam juxta ſententiam illorum opus fuiſſet vau poſteriori, etiamſi (ſc. ſcriptor) nec in animo habuerit deficiens nec plenum, ſed tantum rem ipſam diminuere voluerit. Porrò miror dicentes nullam eſſe locutionem figuratam in Lege, niſi in Loco 3. Deut. 29. 29. ubi agitur de *inebriatâ & ſitibundâ:* cum tamen univerſus hic ſermo figurate ſit ſumendus: dicit autem *in portis tuis:* ut ſint (ſc. hæc præcepta) ſemper coram oculis tuis in omni egreſſu & ingreſſu.

N O T Æ.

1. Eodem modo id explicat R. Mordechai: ושננתם מגזרת חץ שנון וידוע איך ישנן החץ׳ *Veſchinnantam exponitur ex derivatione illius:* חץ שנון *telum acutum: notum autem eſt, quomodo telum acui ſoleat.*

2. Non ſatis aſſequor mentem Authoris: niſi id dicit, quod in verſione expreſſi, quid ſibi hæc ſequentia velint, אע״פ שאין חשש &c. mihi non liquet. Meliora docenti lubens & grato animo aſſurgam. Aliquid ad elucidationem hujus loci facere poteſt, quod habetur in Præfat. ad Biblia Veneta R. Jacobi Ben Chajim: ſic verò ille: ותו אשכחנא דפיר׳ כפי׳ החמש בפרשת ואתחנן מזוזת ביתיך מזוזת כתיב שאין צריך אלא אחת ותימה דבמסורת הוא כתוב מלא בו״ו בין וין לחיו ורש״י ז״ל סבר לה כר׳ מאיר במנחות פ״הקומץ את המנחה גבי הא דגרסינן רב פפא איתקלע לבי בר שמואל הוא חזא׳ פיתחא דלא הוא ליה פצימא אלא משמאלא ועבידה לה מזוזת א״ל כמאן כר׳ מאיר ושיילינן עלה מאי ר׳ מאיר דתניא בית שאין לו אלא פצים אחד ר׳ מאיר מחייב במזוזה וחכמים פוטרים מ״ט דרבנן מזוזות כתיב מ״ט דרבי מאיר דתניא מזוזת שומע אני מיעוט מזוזות שתים : *Rurſus invenimus eundem* (Raſchi) *in expoſitione Pentateuchi, ad Paraſcham* ואתחנן *exponere vocem* מזוזת ביתיך *ac ſi*

ſcriptum

ſcriptum eſſet מזזת (deficiente vau notâ numeri pluralis) *docens nonniſi unam Meſuſam neceſſariam eſſe. Mirum autem eſt, in Maſora ſcriptum eſſe plenè cum vau inter Sain & Tau. Raſchi autem ſ. m. eandem hic habet opinionem cum R. Meir, Tract.* מנחות *Cap.* הקומץ את המנחה *ad propoſitum ejus, quod legimus de R. Papa; qui venit ad Domum Bar Schemuel, viditque portam, cui nonniſi à parte ſiniſtra poſtes erant; fecitque ei Meſuſam. Interrogavit eum; juxta quem id faceret? juxta R. Meir, reſpondit ille. Quæritur ergò, quænam ſit ſententia Rabbi Meir? Traditio eſt: Domum, cui non eſt niſi unica poſtis, ad Meſuſam teneri, juxta R. Meir; ab illâ autem liberam eſſe juxta Sapientes. Quænam eſt ratio Sapientum? quia ſcriptum eſt* מזוזות (cum ו in plurali) *Quânam ratione nititur R. Meir? quia traditur, extare* מזזת (ſine vau) *unde intelligo, indigitari minus quid quam duæ meſuſot &c.* Vide & ſequentia: prolixè enim adhuc de hoc Vau pleno aut defectivo diſputant Magiſtri.

3. Quomodo locutionem hanc metaphoricam evolvant Judæi, operæ pretium eſt ex illis audire: ſic Author noſter ea verba exponit: למען ספות כמ' ספות חטאת על חטאת להוסיף להולך בדרך ישר ועובד אלהים חיים עם עובד ע"ז ומשל האיש הישר ברוה והרשע בצמאה וכל זה מאמ' הנבואה כי הרשע במחשבתו הוא הרוה וי"ל הרוה והצמאה דרך הטובה ודרך הרעה כי הדרות נמשלים בדרכים שנ' עמדו על הדרכים וגם נכון הוא למען יוסף הנפש הקדושה שהיא רוה שאינה מצטרכת מצרכי הגוף מאומה עם שהיא צמאה ומרוב חוזק תאות שטופה בזמה ולכל עון וחטאת. *Ut addat: vox* ספות *hic ſumitur ut in illo: addere peccatum ſuper peccato. Ut addat ambulantem in via juſtitiæ & colentem Deum vivum Idololatræ: comparat ergò Hominem juſtum* רוה *inebriatæ, & improbum* צמאה *ſitienti: hoc omne autem dictum propheticum eſt, quia improbus in mente ſua eſt* רוה *inebriata (plenus ad ſatietatem) Et explicari poteſt irrigua & ſitiens de via (moribus) bona & mala: quia mores comparantur iis, ut illic: ſtate ſuper viam: & hoc bene quadrat: ut addat animam ſanctam, quæ eſt quaſi ebria, nec ullo modo indiget neceſſitatibus corporis, addat, inquam, illam ſitienti & ob multam & fortem cupiditatem omni ſceleri, iniquitati & peccato immerſa.* Eandem fere comparationis rationem dat Aben Ezra ex R. Juda Levita: והנה כנה הצדי' ברוה כמ' כעץ שתול על מים והרשע בצמא' כמ' כערער בערב'. *En nominat Juſtum irriguum: ſecundum illud: plantatus ad aquas: & impium ſitientem ſecundum illud: ſicut nudatiſſimus in loco campeſtri.* R. Mordechai Comtino verò planè contrariam huic viam inſiſtit, dum ita commentatur: ולפי דעתי שהדרך אשר יתנהג בה הרשע תקרא רוה כי אין בפיו מחסום וכל אשר ישאלו עיניו לא יאצל מהם ואינו אומ' שזה אסור ואין בכה דרך הצדיק כי היא הוגה תורת השם יומם ולילה. *Secundum meam opinionem via, quam ſequitur malus, vocatur* רוה, *ejus enim ori nullum eſt capiſtrum, & quodcunque ejus oculi deſiderant, non arcet ab illis, nec dicit, hoc eſſe prohibitum: Non ita via eſt juſti, ſed meditatur in Lege Dei die & nocte.*

De Zizit ſive peniculato filorum textu.

Num. 15. 38.

וציצת על דעת חכמינו ז״ל הוא הנזכר גדילים תעשה לך : וציצת הסר יוד ׳ לכן שטה חמונה אותו כמ׳ שידעת ד׳ הם כליש׳ וחס׳ והנה הציצית הם החוטים המונחים בד׳ פאות הבגד שאינם ארוגים ׳ כמ׳ ויקחני בציצית ראשי ׳ על כנפי׳ הם קצות הבגד וכאמור הכת׳ בגדיהם יבוא גם המכנסים לוי וכתו׳ על ארבע כנפות כסותך אשר תכסה בה ׳ במקום אחר וידענו מזה שהוא הטלית׳ ונתנו על ציצית ולא בכנף עצמו ׳ שישימו פתיל תכלת על הציצת ופתיל הוא ג׳ חוטים ׳ והעד נפתולי אלהים נפת׳ א׳ עם אחותי שנים ׳ הנה שלשה׳ ואם וקצץ אותו פתילים נראה שהם חוטים : נקראו לשם סופם וטעמו שהוא כתוך הנזכרים ואין צורך להיות כ״ח חוטין וכ״ח קשרים כמאמר קצת בעלי הקבלה כי גם לדעת בית הלל בשלשה חוטין וקשרים שנים והסכימו כלם שיהיה הציצת לבן בין משי בין אמר

1. Zizit juxta ſententiam Sapientum noſtrorum b. m. id eſt, cujus mentio fit Deut. 22. 12. *Inſititas facies tibi.* ציצת autem deficiente Jod ſcriptum eſt: propterea, ut noſti, numerator (ſic Maſoreth vocat) illud reſpexit, 2. quatuor, ait, reperiuntur hâc formâ defectivè ſcripta. Zizit autem fila ſunt, à quatuor angulis veſtis dependentia, non texta: ut patet ex loco Ezech. 8. 3. *Et accepit me cincinno capitis mei. In alis:* extremitates veſtis hæ ſunt: quia verò ſcriptura mentio facit veſtium, (in plurali) femoralia ſimul intelligenda ſunt. Et in alio loco ſcriptum eſt, *in quatuor alis veſtimenti tui quo teges &c.* Inde cognoſcimus, veſtem hanc Talleth eſſe. *Et imponant*, τῷ zizit, & non alæ ipſi: imponant nempe τῷ zizit faſciam Hyacinthinam, quæ faſcia conſtat tribus filis: teſte 3. loco Gen. 30. 8. נפתולי אלה׳ נפת׳ *contorſionibus Dei contortus ſum:* hoc primum eſt: עם אחותי *cum ſorore mea*, ſecundum, והנה *ecce*, tertium. Et ſi, quod dicitur, Exod. 39. 3. *Et præcidit*, id ſunt funiculi, patet illa fila ſic vocari propter extremitates illorum, & ratio ea eſt, quæ reperitur inter recenſita. Nec neceſſe eſt, ut conſtent quinque filis & octo nodis, ut quidam Traditionarii ſentiunt: poſſunt enim etiam juxta ſententiam Scholæ Hillelianæ conſtare tribus filis duobuſque nodis. Omnes autem conſentiunt, zizit debere eſſe coloris albi ex ſerico

rico vel lanâ. Verum tamen Traditionem ſequentes dixerunt גרלים inſtitas faciendas eſſe ex lana, veſtem autem ex lana & linò confectam non eſſe induendam: hoc verò non convenit: Verùm hoc pòſt præcipitur dictione conditionali, ad excipiendum ſpeciale ex univerſali. *Et erit Vobis:* nempe funiculus hyacinthinus: nam & ille erit in zizit, ſicut zizit alæ, quod conjungitur cum illo, quia fundamentum eſt hyacinthus. 4. Traditionarii dixerunt, Hyacinthinum non impedire album, nec album obſtare hyacinthino: propterea dicitur: *& erit in zizit*, in ſignum & argumentum, voce hâc deducta ex מציץ *promicans per cancellos.* Cant. 2.9. Conſueverant omnes Iſraëlitæ precationi vacantes Talleth induere: magis conſentaneum autem fuiſſet eum induere in plateis agentem & varias ſpecies intuentem: Qui enim preces ſuas in veritate & fide fundit, non eſt ſimilis ſcindenti ligna, qui labiis ſuis Deum quidem honorat, cujus tamen cor longè inde abeſt. *Et videbitis id:* neceſſariò id aſpiciendum eſt: quod ſi ita ſe habet, interdiu & non nocte eo indui quis oportet. Et hoc modo dixit R. Joſeph videns, differentiam nimirum eſſe inter 5. viſionem oculi & viſionem cordis: toties enim viſio cordis peragitur, quoties res phantaſiâ repræſentatur, ſicut intelligitur ex illo: *Vidit Deus lucem quod bona eſſet:* hoc autem non memoratur in hoc verbo, quocirca id de viſione oculi capiendum eſt. Nec tamen idcircò cæcus hoc præcepto de zizit exemtus eſt. &c.

צמר׳ רק בח״א גרלים תעשה מן צמר אבל לא תלבש בגר מן צמר ופשתים וכן לא יאות כי אם אחרינן יבוא במלת התנאי להוציא פרט מן הכלל׳ והיה לכם הוא פתיל התכלת שגם הוא יהיה לציצת כמ׳ ציצית הכנף שנתחבר עמו׳ שהעקר הוא התכלת׳ ובח״א אין התכלת מעכבת הלבן ואין הלבן מעכב את התכלת׳ לכך אמר והיה לציצת לסימן ולראיה׳ קרוב מלשון מציץ מן החרכים׳ ונהגו כל ישראל להיות לובשים את הטלית בהיותם מתפללים׳ ויותר נכון היה ראוי שיתעטף אותו בהיות בשוק ורואה צורות׳ כי בתפלה מי שהוא מתפלל באמת אינו כחוטב עצים שבשפתיו יכבר השם ולבו רחוק ממנו׳ וראיתם אותו׳ חובה לראותו אם כן לבישתו ביום ולא בלילה וכן אמ׳ ר׳ יוסף הרואה כי יש הפרש בין ראית עין ובין ראית הלב כי לעולם ראית הלב כשיתואר הדבר כמובן מן וירא אלהים את האור כי טוב׳ וזה לא סופר בדבר ע״כ הוא ראית עין אך אינו הסומא פטור מן הציצית וגו׳ :

NOTÆ

N O T Æ.

1. Ut hæc melius percipiantur, adjungamus gloſſam R. Mordechai Comtino, non multum ab illa noſtri Authoris diſtinctam, licet breviorem: ſic verò ille: ציצית כמ׳ ויקחני בציצית ראשי · ובמקום אחר גדילים תעשה לך · ולכן אמר׳ קז״ל
שחיב לעשות גדיל׳ ונסמכה זאת הפרשה להראות שהשם נתן להם זאת המצוה לזכר את כל מצוותיו
ולא ישנו · פתיל תכלת׳ הם הגדילים והוא העקר · כי הציצית כדי להכנס הפתיל עליו · והיה
לכם לציצית · הפתיל והטעם אחר שתשימהו על הציצית יחשוב גם הוא כציצית הבגד מלבד
שהוא משנה המראה וזהו הזכרון · וראיתם אותו · כי לא יתכן להיות האדם הולך ערום בלי בגד
בשום זמן והנה הסימן תמיד עמו : Quæ quia facilia ſunt, & cum explicatione noſtri Authoris ferè coincidunt, in Latinum transferre ſuperſedeo.

2. Clarius id expreſſit Maſora, quæ in Bibliis noſtris extat, inquiens: ד׳ חס׳ י בתר׳ כליש׳ · *Vox hæc quatuor in locis extat hâc formâ deficiente Jod poſteriori*: hæc loca recenſentur in Maſora Magna; addita rurſus voce חני׳, ad notandum Jod poſterius deficere.

3. Modus hic probandi Cabaliſticus eſt. Notandum autem Rabbinos quoſdam נפתולי & נפתלתי deducere à nomine פתיל, de quo hic agitur: ſic id explicat Author noſter, loco citato: נפתולי מלשון פתיל והוא נפעל נפתולי --- נפתלתי
נתחברתי עם אחותי שנולדו לי שני בנים · *derivatur à nomine* פתיל; *& eſt conjugationis Niphal* נפתלתי *contorta, conjuncta, copulata ſum cum ſorore mea, quia nati mihi ſunt duo filii.* Sic id etiam exponit R. Menachem Ben Saroc, teſte Schelomone Jarchi.

4. Olim quidem uſi ſunt filo hyacinthino (colore ex neſcio quo piſce confecto, ut id deſcribit Abarbanel) ſed nunc amiſſa confectionis hujus cognitione, adhibent colorem album, hoc modo ſe excuſatos arbitrantes. אבל אם לא התכלת יצא ידי חובתו בחוטים לבנים כללם · *Officio ſuo ſatisfecit omninò, qui deſtitutus colore hyacinthino, fila alba uſurpat*: inquit ibidem Abarbanel.

5. Intelligendam hic eſſe viſionem oculi Rabbini docent ex conjunctione vocum diſtinctarum ראה & זכר: poſtquam enim dictum eſt: וראיתם אותו *& videbitis illud*, ſubjungitur mox: וזכרתם *& recordabimini* &c. Sic Bemidbar Rabba exponit hæc verba: למען תזכרו נתן ראיה ונתן זכירה זכירה למי שאינו רואה ראיה
למי שרואה · *Ut recordemini: ponit viſionem & ponit etiam recordationem: recordationem pro illo qui non videt, viſionem autem pro eo qui videt.*

De

Digitized by Google

De Creatione animæ humanæ &c.

Faciamus hominem.

Gen. 1. 26.

ונאמר כלשון רבים נעשה מדבר כנגד היסודות · כי רוח האדם מהעליונים והגוף בצלם התחתונים כי נפשו קיימת כקום המלאכים כענין וישוב העפר על הארץ כשהיה ובעבור הנשמה עולם העתיד · וזה הפי' נכבד מכל הפירושים · אע"פ שמצאנו שהכת' יכנה היחיד ברבים · נחשבנו כבהמה · ואחר נדבר · אחריך נרוצה · אין נעשה כמותם · ובעבור שהאד' חותם כל יצור נאמ' כל המקראות הנזכרות ליתר הנוצרים בשבילו · נזכרו בו עשיה בריאה יצירה כי בראהו בכל הפעולות המצטרפות בבעלי חיים כי יש לו נפש צומחת כדמות האילן והיא הנקראת נפש יסודית והיא המחדשת לו כח הזן וכח המוליד וכח המגדל · וזה האחרון המתקן את הגוף בשלשת רחקיו וזה לו עד זמן קצוב ומשוער · ומזו הנפש כח חמש

ההרגשות

QUod hoc dicitur in plurali נעשה *faciamus*, notat illum loquelam dirigere ad elementa. 1. Spiritus enim hominis ex ſuperioribus eſt, & corpus juxta figuram inferiorum: Anima enim ejus ſubſiſtit eo modo, quo ſubſiſtunt Angeli, ſicut intelligitur ex illo: *Et revertitur Pulvis ad Terram, ſicut fuit:* animæ autem deſtinatum eſt ſeculum futurum. Hæc explicatio cæteris omnibus præſtat: Etiamſi reperiamus, Scripturam quandoque unicam rem in plurali ponere: ut: *reputati ſumus ut pecus: & poſt loquemur: poſt Te curremus.* נעשה tamen illis non eſt ſimile, quia homo eſt quaſi ſigillum omnium rerum creatarum, omnia dicta, quæ de cæteris creaturis prædicantur, de illo quoque prædicantur. De eo prædicatur עשיה, *factio*, בריאה, *creatio*, יצירה, *formatio*, quia illum creavit omnibus operationibus correſpondentibus entibus viventibus. Illi enim anima eſt vegetativa inſtar arboris, quæ vocatur anima fundamentalis, quæ vim nutritivam, vim generativam & vim creſcendi producit. Hæc ultima virtus diſponit corpus in tribus ejus dimenſionibus, & quidem ad tempus præciſum & determinatum. Ex hac anima oritur quoque poten-

tia

התרגשות אשר שרשם ונקדהם המוח וממנו יצאו ואליו ישובו · וכח המוליד מעמיד המין מדת זמן · וכח הזן לאדם עד יום מותו · וכא״ש תשתכל בפשט תמצא שהקדימות שקדם ביצירה א׳ מחביר׳ כן היה ראוי שטבע האילן קודם לבהמה וטבע הבהמה קודם לטבע לאדם כי האילן צורך לבעלי חיים וחי האלם צורך לחי המדבר גם הצומח · ואם לאדם כח שניהם כלומ׳ כח האילן וכח החי האלם נפח לו השם נשמה משכלת ונתעצם גם באותם הכוחות יותר מבעליהן· ברוך אשר הפליא מכל היצורים כי הבורא ית״ש חכם בחר הנבחר מכל דבר לעשותו ומרוב טובו לא קפץ יד היכולת לבחור הנבחר מכל דבר ומשפע כחו לא נבצר ממנו אש׳ רצה לעשות הראוי מכל דבר:

tia quinque ſenſuum, quorum fundamentum & punctum eſt cerebrum, unde exeunt & quo revertuntur. (i. e. unde diſperguntur & quo concentrant) Et virtus generandi conſervat ſpeciem in longum tempus: virtus nutritiva homini ineſt uſque ad mortem. Si animum advertas ad ſenſum ſimplicem, invenies, præceſſionem qua una res in creatione præceſſit aliam, omninò convenientem fuiſſe: ut nempe natura arboris præcederet animal, natura verò animalis naturam hominis. Arbor enim neceſſaria fuit ad entia viventia & viventia muta ad viventia loquentia & vegetativa: cùm verò homini indita eſſet virtus utriuſque, virtus nempe arboris & virtus viventis muti, inſlavit ei Deus 2. animam intelligentem, & roboratus fuit præ aliis etiam in illis virtutibus. Benedictus eſt, qui mirificum fecit in omnibus creaturis: Creator enim (cujus nomen ſit benedictum) ſapiens eſt, elegit præſtantiſſimum ex unaquaque re ut faceret illud, & propter multam bonitatem ſuam non occluſit manum potentiæ ad eligendum præſtans ex omni re, & omne quod convenit ex unoquoque, quod vult facere ob abundantiam virium ejus, non impoſſibile eſt ei.

N O T Æ.

1. Patet ex his, Caraitas graviſſimâ affici injuriâ à Rabbaniſtis, dum illos nunquam non cum Sadducæis negantibus & ſpiritus & reſurrectionem, componunt. Agnoſcunt hoc nonnulli Rabbaniſtarum, & ab impacta hac calumnia illos purgant; ut inter alios R. Abraham in Juchaſin: ומשם מתבאר כי הצדוקים אינם הקראים שבזמנינו כי אלו מודים שכר ועונש ותחית מתים שאין כן הצדוקים · *Exinde clarum eſt Sadducaos non eſſe hodiernos Caraitas, quia illi fatentur pramium & pœnam & reſurrectionem, quod non faciunt Sadducai.*

2. De hac anima rationali etiam agit Gen. 7. ubi ejus ſuperioritatem & diſtin-

diſtinctionem à corpore aſſerit : רע כי נפש המשכלת היא העליונה לא תהנה מכל צרכי גוף ומזונותיו ולא תכאב בכאבו ואע"פ שהיא המניעה אותו ובהתנועעו תנוע עמו מקרה זה יש לו ענין אחר • *Scias animam rationalem eſſe ſuperiorem ; nullum commodum capit ex neceſſitatibus corporis & nutrimentis ejus, nec, cum dolet, ea ſimul dolet. Etiamſi autem moveat corpus, & moto corpore illa etiam moveatur, hoc tamen per accidens eſt, & externè ei hoc advenit.* De anima egregium ſatis, ratione habitâ **ingenii Judaici, extat teſtimonium in antiquiſſimo Libro Debarim Rabba. in pag. 199.** רבנן אמרי בוא וראה הב"ה ממלא את עולמו והנפש הזו ממלאה את הגוף הק"בה סובל את עולמו והנפש הזו סובלת את הגוף הק"בה יחיד בעולמו והנפש יחידה הק"בה אין לפניו שינה והנפש אינה ישינה הק"בה טהור בעולמו והנפש הזו טהורה בגוף הק"בה רואה ואינו נראה והנפש הזו רואה ואינה נראית : *Rabbini dixerunt: veni & vide: Deus Sanctus Benedictus implet mundum ſuum: ſic etiam anima hac implet corpus. Deus S. B. ſuſtentat mundum ſuum: ſic etiam anima ſuſtentat corpus. Deus S. B. unicus eſt in mundo: ſic etiam anima. Coram Deo S. B. non eſt ſomnus: ſic nec anima dormit: Deus S. B. purus eſt in mundo: ſic anima in corpore: D. S. B. videt nec videtur; ſic anima videt, nec tamen videtur.*

De Dei Providentia & Reſurrectione Mortuorum.

Exod. 3. 15.

והורה שהשגחתו על העליונים ועל האמצעיים כפי מעלתם ועל התחתונים השגחתו יתרה מכל עם לזרע אברהם הבא מתולעת יעקוב לכך רמז יוי אלהי אבותיכם • ולכך קראו בני בכורי יש' כי להם לבדם יהיה תחית המתים כנזכר העצמות האלה כל בית יש' המה • ואע"פ שנראה כמשל היש משל מבלי יש ודע זה :

DOcet providentiam ejus ſeſe extendere ſuper ſuperiora & media ſecundùm excellentiam illorum: circa inferiora autem præ omni populo illa ſe extendit ſuper ſemen Abrahami, ortum ex verme Jacob: propterea mentio fit Dei *Dei Patrum veſtrorum.* Propterea etiam dicit de illo: *Filius meus primogenitus Iſraël* Exod. 4. 22. Illis enim ſolis eſt deſtinata reſurrectio mortuorum, ſicut narratur: *Oſſa illa ſunt tota Domus Iſraël:* hoc equidem apparet eſſe parabola; ſed an parabola eſt ſine re aliqua vera? Animadverte hoc.

Para-

Paraveram multa adhuc alia ex hoc Authore ad prelum, ut de Paſchate, Circumciſione, Schilo, Bileamo, Melchiſedeco &c. ex quibus, quam ab inſulſis Rabbaniſtarum fabellis & futilibus traditionibus abhorreant Caraitæ, ad oculum porrò patuiſſet: verùm, in alia tempora illa differens, cogor hic filum abrumpere, Lectorique precari τὸ εὖ πράττειν.

ERRATA INSIGNIORA.

Pag. 3. lin. 18. pro genuino l. genuinæ. p. 13. lin. 23. loco פתיח l. פתוחי. pag. 14. lin. 2. p. החכרה l. ההכרה. lin. ultimâ p. כורך l. צורך. pag. 15. lin. 4. p. תעפרני l. תעצרני. lin. 6. p. occulta l. occultat. lin. 23. p. והיה l. היה. lin. 25. p. במדרנית l. במדרגות. pag. 16. lin. 7. p. הנכואה l. הנבואה lin. 18. & 19. p. הוא זה l. הזה או זה. pag. 17. lin. 20. ante היה lege אילו. lin. 21. p. תפלים l. תפלין. pag. 18. lin. 9. p. debent l. debet. lin. 23. p. ſtilles l. ſtillet. lin. 27. l. permutatum. pag. 19. lin. 8. p. והוא l. והוא. pag. 20. lin. 12. p. שאיך l. שאין. pag. 21. lin. 17. p. בצמאת l. בצמבה. pag. 22. lin. 14. p. לוי l. לו. lin. 21. p. בפתול l. נפתול. lin. 22. p. contortus l. contorta. lin. 26. p. תכשה l. תכסה & poſt hoc deleatur punctum. pag. 23. lin. 4. p. אחרינן l. אחריבן. pag. 24. lin. 17. poſterius נפתולי ponendum eſt ante vocem *derivatur*. lin. 18. p. אחיתי l. אחותי.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

De Regis acceſſu, Gratulatio;
Proque ipſo
VOTUM.

Ad Regem.

CAROLE, poſt tenebras longæ quem noctis opacas
  Excipit, ut Solem, terra Britanna ſuum;
Quâ longùm caruit, longùm longúmque fruatur
  Tellus aſpectûs patria luce Tui:
Clarus et aſſurgas ad ſummi culmen honoris;
  Atque ibi conſiſtas fixus in orbe diu.
Serius occumbas, quem ſerò vidimus ortum:
  Anni ſint longi, ſecula tota, tui.
Tuque, Tuique, *Stuartorum* de ſtirpe perennes,
  Æternum nobis conficitote diem.
Quumq; Tuum opplebis (procul iſte dies, procul abſit,)
  In magis illuſtrem deſinat iſte Tuus:
Ad Sceptrum Chriſtus qui Te hic promovit avitum,
  Sceptra det in cælis cum patre aviſque Tuis.

FINIS.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

IN *DIEM* REDITUS SACRATISS. REGIS *CAROLI II.*

SAcra dies! Tu ſacra viris, tu feſtaque Divis
Sacra creas, placidis tu recreaſque bonis.
Tu *CAROLUM* nobis reddis, qui *cura* ſuorum eſt,
Ipſe ſuis *charus* jamque ſonat *CAROLUS.*
Triſte fuit cælum, regnum, *lis caraque* nobis,
Regem nonne pium, noluimus *CAROLUM*?
Iam ſplendet *CAROLUS*, nulli virtute *ſecundus*.
Sed rebus noſtris *ipſe ſecundus* erit:
Jam *CAROLUS*, *charus*, *cura* eſt, Angliſque *SECUNDUS*:
Lis quæ *cara* priùs, *rara ſit illa* ſuis.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

ΣΩΤΗΡΙΟΝ.

Ζεῦ ἄπα σῶτερ· ὅπου Σωτὴρ ὁ παλαίφατος ἔμπαν
    Κοιρανέει· Σωτὴρ τοῦ δέμας ἠδὲ ψυχῆς·
Μύρια πόλλε λέγω· Σῶς δὴ ἀπέστειχε ποτ᾽ ἔνθεν
    Ἀνδροφόνου θορύβου τοῦ ὀλοοῖο πυρός.
ΚΑΡΟΛΟΣ ἡγεμόνων φωστήρ, βασιλεύτερος ἥρως,
    Αὐθιγενὴς Βασιλεὺς, οὐρανόπεμπτος ἄναξ,
Ἄφθιτον εὐσεβίης ἐρατεινῆς εὖχος, ἀγληστὸς
    Ἰλημοσύνης πάτρως καὶ φιλόπαισ τε τρόφος,
Ἔμπαλιν ἀλλοχόθι ζῶσαι κρυφίων ἀπὸ λοχμῶν
    Κ᾽ ἀνστρέφει ἤδη σῶς εἰς σφέα κυδαλίμως.
Κ᾽ οὐκῶν ἄλλος ἔην σωτὴρ, ἢ ᾧ τινι αἰεὶ
    Ἐκθαρσεῖ, ἱερὰ τοὔνομα οἷο Τρίας.
Τῇ μούνῃ ξύμπαν κῦδος, παιῶνά τ᾽ ἄροιμεν
    Κᾀν μεγαλεῖα θεοῦ μείζονα παραλόγου.
Ἔρχεται ἔκδημος, μενέχαρμος, ἐπίβολος ἀρχὸς
    Δημάρατος, καὶ ἰδοὺ πᾶς ἀλαλάζε λεώς.
Ὦ ᾽ναξ, χαῖρε, κ᾽ ἀεὶ πνεύσαιεν ἐτήσιαι ἀγνοὶ
    Σοὶ θείας χάριτος τῆς, ἄγε, παντοδαπῆς.
Κᾀκ τούτῳ βασιλεῖ δήμῳ τε πανόλβια δοῖε
    Παμβασιλεύς· ἔστω πάντα μὲν ἀμφιθαλῆ.
ΚΑΡΟΛΕ ζῆθι Θεῷ πεφιλημένος, ἐθνοσεβῆς τε,
    Ἐξοτέρων φοβερὸς, πάμμακαρ ἐνδοτέρων
Εὔκηλος δίαγ᾽ ἐν ταῖς σαῖς βασιλαῖσι, μέδου τε
    Τεισμαχαειστοῦ τοῦ ἔθνεος εὐανέμως·
Ὦ ἄνα χαῖρε, χάριν τούταις δ᾽ ἀμ᾽ ὕπατον ἀοιδαῖς·
    Λῶσαι αἱ εὐχωλαὶ, κᾀν μέλος ἦε χέρον.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Divinæ legier digna, ſalus item
Oranda à Domino eſt Principis. (Hoc quidem
Carmen ſat tenue eſt: Gratia ſi tamen
Huic Regis faveat non ſuperabitur
Envari numeris.) *Inclyte Rex, diu*
Salve & proſperiter confice Neſtoris
Ætatem, regimen ſit tibi proſperum.
Præſta magne Deus, donec ad ultimum
Ventum ſit fabricæ, quam colimus, diem;
Felix hoc regimen, conſiliis virum &
Majeſtate Ducis nobilitans idem, &
Tutum a ſylvifrago turbine motuum,
Donec turbo ruit, ventus & æquor eſt.

Quis muro metuat, quem vigil hic potens
Defendit? Quis item nauſeet è ſcapha,
Quam nunquam regit hic navita naufragam?

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

کنیم اینک این دوبیت است براه بیشان
بجز که کر حضرت خویش نعمت کنان
بیاراید اورا باشد زآنکه دیوان
زانواری نیکوتر ای بزرك سلطان
ورسمی رحمت هم حکمت زاجلبان
بشو زنك درست وخوش بسیار زمان
برحمت بی زحمت بامرهی چون بوستان
وای ایزد اکبر ده ده نکاه تا زمان
قیامت درسلام بهمت خردمند ان
وهیبت آن پاد شاه با انجلیسستان
زباد فتنه وخاك تنکی نکه داران
ولایت چندانکه باد خاك زمین اسمان
وهمه را بقاي بود بباد انچنان
چه غم دیوار مارا باشد زهر دشمان
که توباشی خود ان دیوار وپشتیان
چه باك از موج بحری مارا تو کشتیان

Sol *Angliæ* Oriens.

Idem *Latine*.

PEiſtes ſit Tibi pax, Inclyte Rex, Decus
Noſtrum, lætitiæ materiem Deus
Servet. Quum redis ad propria, numine
Salvatoris, adeſt quilibet obviam
Effuſus varia in gaudia; Fabricæ
Mundanæ Domino pectore gratias
Confeſſus meritas, ore refert, Tui
Quod curam patriam geſſerit, & Tuum,
Quod quondam lacerum, denique vix idem
Hoc regnum fuerat, ſarſerit & tegat.
Et cor prætereà ſollicitat Dei,
Ut Tu, ò umbra Dei, plurima tempora in
Mundo hoc conficias. Nos etiam inter hos:
Pax Regi atque ſalus, dicimus, *ampla ſit*,
Externiſque quidem nunc idiomatis.
Nam magnalia ſunt gratiæ ubilibet

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen PERSICUM.

سلام بر تواي شاهنشاه چراغ مردان
ونيز روزي شادي با تو شود زاسمان
همين كه توباز كرده اي بخود خاصان
بحكمت از حضرت ايشوع ادميان
هنوز همه سازند خوشي واند شادمان
چرا كه آن طور تسبيحي دهند جهان
افرين را چه فراموشت نكرد درآن
خداي ايزد يكدل وزدل بهم ايشان
ستايش داده اند كه دولت خويش اين زمان
موفق بود وخواند درنامي مهربان
كه تواي ظل الله زنك شوي ميدان
مردان پيشساله هر اينك بلي مايان
سلام كوييم بتو سه بار ونيز باران
بلفظهاي مشرق زيرا كه ستوده ان
است كه اسرار پروردكا ررا هرجا بيان
وبر هر ناصر اهل ايمان غماز ازجان

Sol *Angliæ* Oriens.

Nil magis in votis noſtris concepimus, atque ut
Et foris atque intus tutus ab hoſte ſies.
Affluat omne Tibi, quod commodat & tua finem
Vota ferant fauſtum, pondere juta Dei.
Hic ſartum tectum utravis conſervet amorem,
In Regem populi, Principis in populum.
Annorum copiam numeres, mœrore ſolutus
Antiquo: Impoſtor ceſſet & ardelio.
Defenſor fidei maneas, hoc nomen avitum
Serva, & ama tandem, quos Orientis amor
Linguarum tenet, haud ſiccæ nubeculæ; id ipſum
Unicus appendix carminis hujus erit.
Magne Deus, Regum Stator, quod vovimus, imple,
Et cohibe noxas. Quid dubitemus? Erit.

Sol *Angliæ* Oriens.

جدا تمنينا تفاءلنا ليكبت خارجا وداخلا قد شاخبا
اعداءك الله العلي آعمر بكل الرغد والانجاح ولا ناكبا
قد اراب الرحمان بين الملك الاعيان والعبدان هيه نواصبا
اعطاك رب العالمين سؤر العيش غير حزن وهو تنشر حالبا
ف اسم الجدود اسم النصير الدين ثم المح الي ما كان حلبا
يعني علي اوداد اقوال مشرق اذمم يكن هذا القريص خاطبا
يا ربنا كمل امانيا ونا لربنا دعي ن عنه شيا واربا

Sol *Angliæ* Oriens.

Idem *Latine*.

ÆTernam laudem VICTORI, quicquid agendum
Sumat! & ò planam, quam terit ille, viam!
In tabulis quicquid ſignavit, dixerit: Eſto,
Mox factum eſt, nec res injicit ulla moram.
Angulus iſtharum terrarum quiſque refertus
Innumeris turbis, publica damna dabat.
Lux hodierna ſuo genuino Sole viciſsim
Aucta eſt. Hoc felix perpetuumque ſiet:
Cynthia dum ſolitos patitur ſuperatque labores,
Libertas perſtet reddita dante Deo.
CAROLE, delicium Regum, fauſtiſsimus eſto.
Sævitiam ponit ſors tua: fide Deo.
Ignicolis poſtquam periit, vertente rutablum
Tempore, fomentum quod prius ignis erat.
Macte tuâ, REX, ſorte, veni, quæ cœlica vox eſt,
Prudenti ingenio principis uſa viri.
Certius haudquicquam eſt: ſit purus corde, Jehova
Illius mulctram quâque ſalute replet.
Inque via veri juſtique vocantibus & ſe
Confiſis præſens auxiliator adeſt.
Omen habet noſtræ fortunæ, quod redis. Ergo
Ingredere, ingredere, & numine macte Dei.
Ingredere hos fines inter tot vota Tuorum,
Et felix terram, fertilitate ſoli
Ingeniûmque ſuâ notam, rege, quam tibi reddit
Ipſe Throni fautor; perpetuetur idem.

Nil

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen *Arabicum.*

ارجوزة مقتبلة

سبحانك في سرمدك يا غالبا في امرك مدخوله يا مشعبا

ان كل ما مخفوظة باللوحك اذ قلت كن امر القضاء موجبا

مشكونة كانت روايا في الجزيرة قبل هذا بالزوايا روسبا

واليوم هذا صار ذا شمس هلا غبطا ولا هبطا ليابك واصبا

الدهر ذا في مذهب المنقود ما دام الهلال ناقصا مكتوبا

طوباك يا كارول يا تاج الملوك اتقى بما دنياك سوف استعقبا

من بعد طول الامر حالت ان بنوا دخن وسعاب اضاعوا مخصبا

ايه الامام ارجع بتوفيق السماء ونبل نطس عد واعل مرقبا

الان ايقنا بحق ان ذكي القلب من كثر الكسلن محلبا

الرب ينعم نعمة عليه وينصر بدرب الحق الخير طالبا

فالا لذا حضورك ها انت احدى المعجزات الان جي جي مرحبا

ادخل بلاد المملكك بين الهناء السوقة رس بالسلام مخصبا

اعطى لك اياه ذو العرش القدير ال علي ربان ملك راتبا

هذا

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Procul remoti, nempe Solem cernimus
Latè coruſcum ; Sic queant miracula
Hujus diei rectiùs pernoſcere,
Seri minores, ſeculis ſequentibus.
Hoſtes perire CAROLI malim prius,
Tempuſque vel telo ſuo ſibi occidat,
Quam luctuoſa Regiam pati domum.
Viro potenti, quem Deus corroborat,
Sibique fidum præſtat omni tempore,
Propago creſcat, quæ ſuâ prudentiâ
Manuque forti, Regium afferat caput ;
Nec deſit olim patrii vindex ſoli :
Rex ſceptra longùm proſperâ gerens manu
Tranſmittat æternûm ſuis nepotibus.
Eſto, Eſto, lætis plauſibus pii canant.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

ኃሃለ፡ፀሐይ፡እምአኮ፡ርሑቅ፡እምዕያንተ።
ሊይትጸህየየ፡ሰብሐተ፡ዘዮም፡እኮ፡ህየንተ።
ዘቲ፡አለ፡በዐደተ፡ትወልድ፡ነጺሮሁ፡፡ወኵሉ፡
ጸለእቱሰ፡ለቀርሎስ፡ዕቡይ፡ለይትሐጕሉ።
ወለሊሁ፡ዘመን፡ለይትረግዘ፡በአሐጸሁ።
ዘእንበለ፡መንተኑ፡ዘያመስጥ፡አጽለሙ፡ዘቲ፡ዐበዮ።
ወእም፡ትወልደ፡ብእሲ፡የማን፡አጽናዖ፡እግዚአ፡ሉቱ።
ወአጥዐየሁ፡እም፡እለ፡ከማሁ፡ለጥዒዮቱ።
ሊይትኅጠአ፡ርእስ፡ዘያምክሮ፡ለእግዚአ፡ቀስር።
ወአደ፡ዛትፀብዐ፡ቦቱ፡ወበዚአሁ፡ሀገር።

ወበንጉሠነ፡ወወልዶ፡ወወልድ፡ወልዱ።
ለዓለም፡እከሊለ፡ይፈሪ፡ወይብሉ።
ኵሉ፡ልብ፡ሠናይ፡ወዘሑን።
አሜን፤ለይኩን፡ወለይኩን። =>

Idem *Latine.*

IO reſolvat fœta gaudio dies,
Quocunque linguam præpedire vinculo
Sategerit natura, ſi vel corneo.
Lyduſque princeps ne locutus anteà,
Oris rotundi præco laudibus Dei
Ebuccinandis protinus jam evaderet.
Plus ter decemplex natio dat Gaudio,
Feſtivitati, Gratiæque nomina
Hujuſce menſis: Omini hoc fauſto fuat;
Re namque verâ, cuncta nobis attulit
Iſthæc, beatis oppidò, præ patribus.
Hoc ordiantur ſeculis in poſteris
Faſti Britanni luculento à tempore,
Quod reſtitutum jam ſuis Regem videt;
Fidemque priſcam; jura, literas bonas,
Emancipatis patriæ negotia,
Opes, decuſque, mercimonia, halitum
Vitalis auræ redditum jam mortuis,
Speique vanis manibus. Jure hic ſuo
Salutis annus Anglicæ primus cluit;
Quo poſt repertam perditis mortalibus
Cunctis ſalutem lætior non extitit,
Fæliciorve. CAROLO pridem edito
Stellam nitentem protulit purus dies:
At nunc reverſo cernitur Sol noncuplus
Diei alumnis; nec penes viros, erit
Præſentis ævi noſſe, num certo Deus
Hæc perpetrarit, an leves imagines
Nobis oberrent fortè dormientibus.

 Procul

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen *Æthiopicum.*

ወናሁ፡ይእክል፡ፈሠሐ፡ብዙኅ፡ለዘ፡መጽአተ።
ኢኮ፡እለ፡መብዝኅቶ፡ይለሕክ፡ፍጥረተ።
ማእሰረ፡ዘሠጋ፡ለእሲረ፡እሞ፡ነገረ፡ልሳን።
ለለ፡አም፡ኮኑ፡ክመዝ፡ለበቲኮሙ፡ዘቀርን።
ወለአስተገቢር፡ወልደ፡ለክርደሱስ፡ጸሙም።
ከመ፡ይሰብክ፡ለእግዚአብሔር፡ወደሴ፡ዘዮም።
ረክብኑ፡ለሠለስ፡እሕዛብ፡ስሙ፡ለዘ፡ወርሕ።
ያእመር፡ሐሤት፡ጸጋ፡ወሐወዘ፡ፈሠሐ።
ሠንሐ፡ሠናይ፡ወአማን፡ክመዝ፡ኮነ፡ለነ።
በኵሉ፡ዘንተ፡ለገሙሪ፡አፍደፈደነ።
ለይኩን፡ሕዳሰ፡ለብሪትንሠጥ፡እሞ፡ይእዜ።
ሐሳበ፡፡እንዘ፡ይገብእ፡ንጉሠነ፡ይገብእ፡ግዕዝ።
ለእሞሮ፡ሕገ፡ክቡር፡ሞሠያጥ፡ግበረ፡ሕርመት።
በዕል፡ጥቀ፡ለሞዋታን፡ወለዘ፡አልቦ፡ተስፋ፡ሕይወት።
ዘቲ፡ዐመት፡ቀደሚተ፡ለትትበሀል፡ለመሐረተ።
ሊከማሁ፡ቤዘ፡እሞ፡ለኵሉ፡ዖለም፡ፍጥረተ።
ለሞ፡ተወለደ፡ቀሮሎስ፡ጊዜ፡ቀተር፡እስተርእየ።
ኮከብ፡ወገበአ፡ሙቅስዖት፡ይመስል፡በርሀ፡ፀሐይ።
ዘቲ፡አስተበረዮ፡የማና፡ልዑል፡አመኒ፡ረከበነ።
እንዘ፡ንተገህ፡በአሐደ፡ትውልድ፡ሊይትዐወቅ፡ለነ።

ኋሃለ፡

Idem *Latine*.

JAm Deus Angligenis finiverat ipſe ſtatutum
Tempus amaroris, ſurgit cum tempus amœnum
Plantandi vitem; tunc cum ſibi dixerat hoſtis,
Mons mihi ſtat firmante Deo, nec ab uſque movebor:
Mentis avaritiam explebo; veſtigia regni,
Sed nec nomen erit: (ſic jactavêre ſuperbi:)
Vicit at Omnipotens: (mirare,) nec enſe nec arcu:
Et ruit in turmas, deſolavitque catervas.
Sic viſum eſt Domino; ſic ſe manus Omnipotentis
Exerit, & peragit magni quid, ut emicet ejus
Invictum robur, nunc exaltando malignum,
Nunc agitando probum, nec ei quis reſtitit unquam.
Exaltetur in æternum ejus dia poteſtas,
Et quæ perpetua eſt, nec enim prætèr Deus alter.
Cum velit, ipſe creat, firmatque creata: lubens eſt?
Quæ patravit adhuc, reddit magè firma, magiſque.
Ut noſcant homines ſummi magnalia Regis,
Proſtratique ejus numen veneranter adorent.
Quare dicamus (pavidi & quum dicimus, omnes
Et tremuli,) neque mendaci teſtabimur ore,
Cordis & integro conſenſu, & pectoris uno,
Non Deus eſt alius, ſicut noſter Deus, uſquam.

Digitized by Google

'Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen *Samariticum*.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Sol *Angliæ* Oriens.

Sic orientali lingua te, oriens ſacer hæres
Hiſce tribus regnis, litera celebravimus omni.

At vero mea non lingula ſufficit
Ut regem eveherem, laudibus ut decet:
Nam, Princeps atavis edite regibus,
Cœleſtis Dominus te redimiverit
Fama & juſtitia: Paxque ſaluſque ſit
Hinc Auguſte, tibi in ſecula, ſecula.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

ܗܘܒܠ ܒܫܡ ܡܫܝܚܐ ܕܢܚܐ ܐܘ ܬܪܘܬܐ
ܕܡܫܒܚܘܬܐ ܠܐܠܗܐ ܠܢ ܡܫܡܫ ܒܟܠ ܐܬܪܘܬܐ

ܠܐ ܕܢܚ ܫܡܫ
ܠܥܝܢ ܕܐܪܥ
ܠܢ ܕܐܘܗܠܠ
ܠܢ ܒܢܪ ܠܐܪܐ
ܗܘ. ܕܒܥܒܕܐ
ܡܪܝܐ ܒܟܠ
ܒܟܠ ܪܒܘܬܐ
ܘܐܪܝܚܘܬܐ
ܥܠܡܐ ܥܠܡܐ
ܡܬܥܠܝܢܐ
ܠܢ ܙܘܪܒܢܐ
ܠܥܠܡܐ ܠܥܠܡܐ

Digitized by Google

Idem *Latine*.

PHœbus expandens radios ~~jucundos~~ amœnos
Diſſipat ſtatim tenebras opacas:
Ortus & noſter genius politè
Efferat illum.

Ecce tu ſumma deitate amatus,
Et bona fortis fide, & æquitate
Præpotens, comis, facilis, ~~jucundus~~ ſtrenuus
Propitiuſque;

Hiſce tu inſignis; tibi principatum
Contulit ſummus; tibi celſitudo:
Hinc tuum ſertum reditúſque nobis
Ampla corona eſt.

Quæſumus, Princeps ideo celebris
Et bonum ſemper, ſapientiamque
Fulcias, fraudem vetitam eruas, &
Sordida quæque.

Cautiùs ſordes vitii eluantur,
Sponte conflictus; vigeatque verum:
Æquitas verò ſacra veſtiatur
Maximo honore.

Sit proin, Princeps celebris, ſaluſque
Juſque perfectum tibi, ſicque terris
Hic tibi fælix erit, & corona
Splendida cœlis.

Sic

Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen *Syriacum*.

ܐ ܐܪܟܝ ܫܡܫܐ ܒܗܘܢܐ ܘܬܐ
ܒܪܙ ܣܥܕܐ ܒܪܗܘܢܒ ܘܬܐ
ܝܐܐ ܘܬܐܪܝܢ ܗܝ ܝ ܘܬܐ
ܙ ܒܝ ܘܬܠܡܝܢ ܒܒܒܘ ܙ ܘܬܐ
ܗ ܐ ܐܝܠ ܢܚܡܒ ܠܗ ܘܬܐ
ܘ ܓܒܐ ܠܘܩܦ ܒܗܘܡܠܐܘ. ܬܐ
ܙ ܪܡܘܬܐ ܒܪܢܐ ܘܬܐ
ܢܘܒܐ ܕܘܬܐ ܘܦܪܢ ܘܬܐ
ܓܘܟܡܐ ܟܝ ܟܠ ܡܫܟܓ ܘܬܐ
ܢܗܘܢ ܡܪܝܐ ܒܝ ܐܦ ܝܐ ܢ ܘܬܐ
ܒܟܠܟܝ ܗܒܠ ܘܗܦܒ ܘܬܐ
ܟܢ ܙܒܐ ܒܟܠ ܘܪܟܟ ܘܬܐ
ܡܓܟܘܢܐ ܒܢܒܡ ܘܬܐ
ܒܐ ܙܘܙܒܐ ܠܐܡܒ ܘܬܐ
ܦܡܘܦ ܓܒܘܬܐ ܘܙܡܦ ܘܬܐ
ܒܘܙ ܢܟܘܬܐ ܘܟܠ ܕܡܒ ܘܬܐ
ܦܦܘܦ ܗܝܙܐܝܢ ܠܢ ܓܒܦ ܘܬܐ
ܕ ܒܢܐܝܢ ܐܦ ܡܕ ܘܬܐ
ܒܢܫܐ ܠܒܟܝ ܘܐܪܒ ܘܬܐ
ܙ ܒܐ ܠܟܒܥ ܒܡܢܒܙ ܘܬܐ
ܫܟܡ ܟܝ ܡܪܝܡ ܘܡܪܫ ܘܬܐ
ܬ ܡܟܝ ܗܡܪܝܡ ܕܐ ܡܫܢ ܘܬܐ
ܗܒܘܬ

Sol *Angliæ* Oriens.

Idem *Latinè*

TErgamus lacrymas vultibus omnibus,
Exutis veniant gaudia luctibus,
Atræ nam tenebræ, fuſcaque nox abit,
Jam Splendore ſuo Phœbus & ortus eſt.
Ceſſit ſervitium triſte, tyranni ei,
Vis injuſta ſimul, transfugæ, & hæreſis.
Libertas rediit, Gloria principum,
Jus, fidique viri, nudaque veritas.
Sic tecum exilium hæc optima paſſa ſunt,
Et tecum redeunt ad populum tuum.
Hinc, Auguſte, dies ille beatior
Quo partus tu, aliis omnibus eſt ſacer;
Qui te in noſtra prior ſecula protulit
Et nunc ad celebrem metropolem Angliæ.
Sic ac illa magis ſint loca proſpera
Quæ ſacro dederint hoſpitium tibi.
At nobis melior proſperitas fuit
Queis plane omne bonum rege ſit unico,
Quocirca indigus & pluribus affluens,
Et ſervi & domini, quiſque & homuncio,
Cæleſti Domino reddite gratias
Et rege obſequium ſponte Britannico.

Sit pax cuncta tibi, Sit tibi cuncta pax,
Et terris probe Rex ampleque, & æthere;
Illic laurea ſit, ſit tibi laurea hic,
Atque inſignis honor ſecula in omnia.

Digitized by Google

Sol *Angliæ* Oriens.

Carmen *Chaldaicum.*

נמחי דמעין מעל כל אפיא
אבל נחלץ נלבש הלוליא
אמטול דעבר ליליא וחשוכיא
ודנח שמשא כל זיו שב הוריא
עברו שעבוד ביש עם טירוניא
טעות אונסא כל אף מרודיא
והדרו חירות ויקר מלכיא
קושטא צדק כלון ומהימניא
כן אתגליאו עמך כל טביא
ולות עמך עמך כל חוריא
טובידה להן מלכא ארת מלכיא
די יוםם נגוסך מכול יומיא
קדמיתא דאיתיך עלמא זיויא
וכדין הלכא לקרי אב באנגליא
טובידהון אתרין מכל אתריא
די דך בשלמא הדרך נטריא
וברם טובינא מכל אמיא
דבחר מלכא לנא כל טוביא
ובכין עתירים עם מסכניא
שליטין עבדין אף כל עממיא
תורון מרי צריק די בשמיא
איף תשתמעון מלכא ברטניא

כל לך שלמא
כל לך סלמא
מלכא דרמא
בארעא ובשמיא
כא לך כלילא
כא לך כלילא
ובלא מכילא
הדרא לדרוא

Digitized by Google

Juvante, cœlitus vocatus atque unctus,
Hilaſtico quaſi die reſumpturus
Regni negotium, atque Civium cauſas.
Poſthac licebit omnibus ſuæ vitis
Uua fruiſcier, peculii incerti
Hucuſque heris, Dei Patris ſub alarum
Umbris. Hic aſſit, aſſit, atque conflugem
Veri bonique publicet, medelamque
Vibicis uſque perſequatur, antiquos
Ut novimus poſt vulnerum cruces, diras
Quantumlibet, vigore deinde mactatos
Fuiſſe priſtino. Muræulam voti
Datique ponderis Deus bene junctam
Nobis paravit. Is benigniter noſtras
Exaudiat preces, pioque ſuffitu,
Quem mane, quemque de die damus quôque,
Capiatur. Hocce: *Vivat in ſua ſede*
Rex CAROLUS, vigens ſalute quantavis,
Et gloria virens, amore prædives
Populi. Domuſque tota, quique de ſtirpe
Illius extant atque erunt, ita & vivant.
Benedictio ſit omne, quod petit pectus
Hoc entheum, aut habet. Pio Deus voto
Huicce dena pondera addat æternus.

* * *

Dignum Poëta Hebræus hoc genus verſûs
Vocat. Quis ut dignum legente ſcitumque
Siet dabit? Vocatur hoc idem iiſdem
A Torque. Quóque metra Rege Torquato
Sint digna, quis dabit? *Legentis interpres*
Mens æqua, Principiſque Gratia illuſtris.

Sol *Angliæ* Oriens.

לרחמן ביום   לכפרת
משיח עליון   לתפארת
ביד האיש   ביותרת
יהונתן   למשמרת
בכה הושבי   בכן פרט
בכרמנו   ונאצרת
נלקטה   במטרת
ליה · שלום   והעתרת
אמת גם ר   פאות שרט
לנפשנו   ובקרת
יגלה הוא   כמסרת
לקרמוני   בחשברת
אשר היו   והעטרת·
והנה לו   לאות דרת
ומלאים   בחברת·
אלה יחפץ   במקטרת
תפלה ש   באשמרת
ויום סבה   בבצרת·
יחי מלך   במשמרת
בכל שלום.   ותפארת
תחי ביתו   בחברת
יהי חפצו   ומשארת
וכל ברוך   ויותרת
אלה יוסף   כהעשרת׃

⁂ ⁂ ⁂

נקרא חשיר לפיטין
ראוי להיות בעין קראין
ראוי מי יתנה· גם הן
נקרא חרוז ומי יתן
להיות חרוז בעין שלטון׃
ממלט תשו וחן רזון׃

Digitized by Google

Sol *Angliæ* O riens.

ADeſte, contemplamini decus REGIS,
REGEMQUE, Cidarimque gloriæ ſumm æ
Saturam. Togam videte, ſymbolum tantæ
Potentiæ. Quibus coruſcat, ut limen
Relinquit exterum, atque proprium Regnum
Reviſit, Ipſâ, quâ ſibi datum lucem
Primùm videre, luce. Perge, quantumvis
Inepta, penna. Quæque digna ſunt ære
Glyptâve ſigna, & æmulare priſcorum
Memoriæ ſacrata emblemata. En gentis
Suæ decus receptum adeſt ſuos faſces.
Ævo notanda poſtero dies hæc eſt.
Corona quotquot Urbium celebrata,
Hæc Londinum, capit, Deo Arbitro laudem
Dicemus atque gratias. Hic omninò
Dat imperare, datque ſubjici. Ceſſat
Cædes cruenta, & ipſa preſſat autores.
Fiſſura ceſſat Inſulæ pericloſa,
Carcerque pectorum patet ſub angore
Quondam extero. Inque cæca viſcera Euripi
Calamitatis ejus artifex turba,
Inſtar Coloſſici recondita eſt plumbi.
Laqueique ſtuppa reddita eſt quaſi enerva.
Vomicam tulit probatus ille millenis
A ſeculis Chiron. Sagena ite m rara
Facta eſt. Cedruſque glorioſa ramale
Vix eſt. Sententiæ ſubeſſe quæcunque
Egregorûm, quod ille ait, quis haud novit ?
In parietem velut *Saülis* errabat
Aclis, ſuoque tempori ipſe cedebat
Fato. Redit, volente ſic DEO noſtro,
Et *Jonathanis Anglicani* opus prudens

Juvante,

שיר ראוי וחרוזי

צאו וראו ביותרת
למלכנו ובעטרת
שערו בו בתפארת·
ראוהו נם בארדרת
כמו ניח ם אחור נדרת
ביום מול דתו׳ חרט
אשר לי ם הרה׳ חרת
יהי טעמו׳ כאגרת
פלני ׳ שב למשמרת
צבי האם ׳ מאשרת·
עצם היום׳ באשמרת
תנו שבח והפארת
ליה שדי בהגברת
לממלכות ותפארת
מדינות הוא בחיל זרת
יתכן רום׳ ומנערת
חללים אין׳ וחדרת
לאנשי חל׳ ומחתרת
באי ההיא ומסרת
לבבנו במבצרת
לחוץ חרל׳ כעפרת
בםי מטמק ותשברת
הלום צללו בני מרד
פתיל נתק והנערת
שחין בצע ובהרת
ודייני ומכרמת
אמללי וצמרת
לארז רע במוסרת
קטפהו בהגורת
חנית שאול בקיר כרת
ורם חטא וראש מרד
בעודלא ישי ובנורת

לרחמן

Digitized by Google

SOL aberat Regni; *Tenebræ* quoque pectora multûm
Torquebant: *Animæ lux* quaſi Palma fuit,
Preſſaque ſurrexit magis. Et quis *Biblia* neſcit,
Quæ *Polyglotta* vocant? Gratia quanta Dei eſt!
Subſidunt *tenebræ*. *Sol* CAROLUS ipſe Britannis
Exoriens fulget ſtemmate clarus Avis.
Rex Invicte, Tuum reditum gratatur homullus,
Et princeps; plaudunt exteri, & indigenæ.
Extera Muſa ſolo tandem noſtrate recepta
Audet in his Aſiæ patria vota modis.
Vivat Rex, inquit, DOMINI populique probatum
Delicium, atque bono gaudeat omnimodo.
Vivat, & has, inter tot curas, denique linguas
Irriget, atque probet Numine, quæſo, ſuo.
Sic erit ut ſudans reſpiret Lexicon, atque
Lætiùs hinc totum progrediatur opus.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO & POTENTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO DOMINO

CAROLO,

Ejus nominis Secundo,

AUGUSTISSIMO BRITANNIARUM, FRANC. &c. &c. MONARCHÆ, FIDEI DEFENSORI, &c. REGI CLEMENTISSIMO,

SOTERIA ſuper Sacratiſſ. Ejus MAJESTATIS incolumitate apud exteros,
GRATULATORIA de Ejuſdem reditu ad ſuos,
VOTIVA pro omnigena Animæ, Corporis ac Regiminis Felicitate,

Carmina ſua,

ILLIS LINGUIS, QUÆ IN LEXICO, QUOD SUB PRELO EST, POLYGLOTTO ORIENTALI, EXHIBENTUR, HUMILLIME OFFERT, SUO, ET SOCIORUM, NOMINE

Feria IV. Paſchatis Majani, miraculoſo Linguarum dono clari.
Anno Salutis MDC LX.
Angliæ recuperatæ I.

EDMUNDUS CASTEL.
S. T. B.

Digitized by Google

Digitized by Google

Sol Angliæ Oriens

AUSPICIIS CAROLI II REGUM GLORIOSISSIMI.



LONDINI,

Excudebat *Thomas Roycroft*, Regiæ Majeſtatis in Linguis Orientalibus Typographus; Impenſis *Jo. Martin*, *Ja. Alleſtrey*, & *Tho. Dicas*, ad Inſigne Campanæ, in Cœmiterio D. *Pauli.* MDCLX.

Digitized by Google

Digitiz

Digitized by Google